

wife named Moderation, and ends with a chapter of good counsel on his conjugal duties.

From the numerous manuscripts still existing, the grand satire by John de Hauteville appears to have enjoyed great popularity during the thirteenth and fourteenth centuries. It was made the subject of several learned commentaries.

THE
ANGLO-LATIN SATIRICAL POETS
OF THE
TWELFTH CENTURY.

NIGELLI SPECULUM STULTORUM.

*Prologus Nigelli in librum sequentem quem Bur-
nellum vocat.¹*

Dilecto sibi in² Christo et semper diligendo fratri
Willelmo, sub³ Nigellus salutem in summo et vero
salutari⁴. Librum tibi nuper misi, eius et⁵ titulus et
textus legentibus et non intelligentibus videtur esse
ridiculosus; sed si⁶ singula subtiliter inspexeris,
animunque scribentis et intentionem attenderis, licet
stylus non minus sit rudis quam materia, in aliquo
forsitan poteris erudiri.⁷ Unde ut tibi in lucem pro-
deant quae verborum velata sunt dissimulatione, pauca
tibi breviter de absconditis meis dignum duxi denu-
dare. Titulus igitur hujus libelli⁸ talis est, SPECULUM
STULTORUM. Qui ideo⁹ sic appellatus est, ut insipi-
entes¹⁰ aliena inspecta stultitia tamquam speculum eam
habeant, quo inspecto propriam corrigant, discantque
in seipsis id esse reprehendendum quod in aliis repre-
hensibile viderint quasi per speculum. Verumtamen,
sicut speculum intuentibus faciem representat et

¹ This title or rubric is given in
B.

² Dilecto et in, B.

³ salutem et sapientia insitum salu-

tari, B.

⁴ et omitted in B.

⁵ sed et si, P.

⁶ in aliquo posset erudiri, P. in
aliquo forsitan, B.

⁷ Titulus igitur libelli, B.

⁸ Qui igitur, P.

⁹ insipientes, P.

formam, sed nequaquam¹ in animo præterite representationis conservat memoriam, sic et stultis familiare solet esse raro, vel² difficile, a propria revocari³ stultitia, quantumcunque fuerint eruditæ ex aliena. Dicitur ergo Speculum Stultorum, vel⁴ quia stulti inspecta sapientia statim obliviscuntur eam, vel quia sapientes ex eo etiam proficiunt, quod stultorum stoliditatem dum aspiciunt,⁵ seipsos componunt, et⁶ ex trabe conspecta⁷ in oculo alieno festucam ejiciunt de proprio. Hæc de titulo. Introducitur autem asinus, animal scilicet⁸ stolidum, volens caudam aliam et ampliorem quam natura contulerat contra naturam sibi inseri,⁹ non respiciens quid necessitas exposcat, sed quid inepta cupiditas suadeat, eo magis¹⁰ vota sua in vetitum exacnens¹¹ quo ad impossibilia se convertit desiderium impatiens¹² dilationis. Asinus iste monachus est, aut vir quilibet religiosus¹³ in claustro positus, qui, tanquam asinus ad onera portanda Domini¹⁴ servitio est mancipatus, qui non contentus conditione sua, sicut nec asinus cauda sua,¹⁵ quod¹⁶ naturaliter non accepit, vel repugnante natura¹⁷ nequaquam poterit¹⁸ accipere, amplius affectat,¹⁹ ad illud modis omnibus anhelat,²⁰ et consultit medicum, id est,²¹ quemcunque putat id sibi posse²² conferre, quod mente captus aestimat esse

¹ neque, B.² familiare et rurum solet esse, vel, P.³ revocari a propria, B.⁴ vel omitted in P.⁵ qui dum stultorum stoliditatem aspiciunt, P.⁶ ut, B.⁷ inspecta, P.⁸ scilicet omitted in P.⁹ inferri, B.¹⁰ exposcat, et status utilitas sus- deat, eoque magis, P.¹¹ vota sua contra naturam acuens, P.¹² et factus est impatiens, P. dilationis impatiens, B.¹³ aut quicunque alias rel., P.¹⁴ ad obsequium Domini, P. Do- mini servitio est deputatus, B.¹⁵ sua omitted in B.¹⁶ sicut asinus sua cauda, id quod, P.¹⁷ natura repugnante, P.¹⁸ potest, B.¹⁹ affectat amplius, P.²⁰ anhelans, P. anhelat, consultit medicos, B.²¹ id est omitted in P.²² posse is given by B.

possibile. Caudam veterem vult sibi avelli, et novam inseri; quia vitam claustralem, in qua deberet usque in finem perseverare ut salvus¹ fieret, omnino fastidit, querens omnibus modis qualiter ab ea ebellatur et² transplantetur ubi³ nova cauda et prolixa possit sibi accrescere, scilicet ut⁴ prioratum vel abbatiam posset⁵ sibi apprehendere, ubi parentum suorum sequelam copio- sam possit prius⁶ inserere, et postea quasi caudam post se quocunque ierit trahere glorianter.⁷ Medicus vero, id est ille⁸ qui desiderat infirmum curare⁹ dummodo sit curabilis, audiat¹⁰ quid asinus petat, quid desideret, quo denique tendat, et¹¹ petitionem habeat¹² pro fri- volo,¹³ desiderium pro stulto, id quo tendit omnino pro nihilo. Unde et ab inceptis suadeat¹⁴ desistere, et naturalibus contentum bonis aliena non appetere, dicens de facili quemlibet posse¹⁵ bona que possidet per- dere, sed¹⁶ perdita non leviter,¹⁷ sed vix aut nunquam, recuperare. Et ut hoc efficacius persuadeat,¹⁸ assumpta parabola de duabus vaccis, quid contingit narrando taliter declarat.¹⁹ Duæ vacce fuerunt quondam eidem²⁰ patrifamilias, que tempore hiemali in quadam prato²¹ lutose de nocte commoratae,²² superveniente gelu acriori, per caudas lutoas terræ, que limosa erat, adhaeserunt, et ita congelatae sunt quod mane, cum ad stabula re- verti conarentur, nullatenus potuerunt a terra caudas²³

¹ salvus, B.² et omitted in B.³ ut, P. ibi cauda nova, B.⁴ sibi possit accrescere, scilicet ut, P. scilicet omitted in A.⁵ possit, B. P.⁶ possit sibi, P.⁷ glorianter omitted in B.⁸ iste, P.⁹ infirmum hanc curare, P.¹⁰ audiit, B.¹¹ et omitted in B.¹² habet, B.¹³ frivolo, P.¹⁴ suadet, B.¹⁵ post se, B.¹⁶ de facili eum bona que possidet perdere posse, sed, P.¹⁷ nequaquam leviter, B.¹⁸ Et at . . . persuadeat, only in B.¹⁹ The whole of this sentence is omitted in P. B. has quid contingit narrat.²⁰ fuerant eidem patrifamilias, B.²¹ in prato quadam, B.²² demarate, B.²³ nullatenus possent caudas a terra ebellere, B.

evellere, sed ubi venerant volentes¹ et ultroneæ compulsa sunt invitæ² residere. Unde cum altera earum fortunæ sue nimis esset impatiens, illecta nihilominus amore³ vituli, quem nuper editum domi⁴ reliquerat inclusum, caudam suam nimis festina⁵ præscidit domumque eucurrit,⁶ suadens sociæ ut,⁷ abscissa cauda, ab impedimento se solveret, et secum expedita rediret. Sed illa magis circumspecta, et secum pensans ac⁸ ponderans⁹ quid cauda, quæ oneri est in hieme,¹⁰ utilitatis conferat in æstate, consilio adquiescere supersedit; expectans donec sol, circa meridiem incalens, glaciem solveret et gelu temperaret, eamque sineret immutilatam¹¹ gaudenter¹² abscedere, quæ per discretionem se novit in angustiis¹³ temperare. Haec duæ vacce duo genera hominum sunt in religione viventium.¹⁴ Sunt enim quidam nimis indiscreti et valde præcipites, qui cum adversitate aliqua superveniente, quasi quodam gelu, constricti, vel parentum suorum teneritudine quadam, sicut¹⁵ vacca vituli amore, capti et execucati, caudam suam statim abscidunt,¹⁶ id est, memoriam mortis, qua se a muscas prætervolantibus et pungentibus deberent protegere, longe projiciunt; sed et in¹⁷ futurum non prospicientes, nec rerum¹⁸ exitus in ira sua metientes, veteres amicos suos, qui eis in necessitate¹⁹ adesse poterant, sine spe recuperationis præscindunt²⁰ penitus et²¹ evellunt.

¹ sed quo volentes, B.² sed compulsa invitæ, P.³ illecta vero in amore, P.⁴ quem super domi, P.⁵ festina, P.⁶ recurrit, P.⁷ sociæ sue ut, P.⁸ et, B.⁹ ac ponderans omitted in P.¹⁰ est hieme, P.¹¹ immoletatam, P.¹² gaudenter omitted in B.¹³ in adversis, B.¹⁴ duo hominum genera in religione viventium significant, B.¹⁵ velut, B.¹⁶ abscidunt, B.¹⁷ sed in, P.¹⁸ eorum, P.¹⁹ necessitatibus, P.²⁰ præcidant, B. abscidunt, sive præscindunt, P.²¹ et penitus, B.

Unde in tempore angustiæ non immerito cadunt ante faciem subsequentis, amicorum destituti adjutorio, qui noluerunt moderari quid facerent in furore suo. Alii sunt¹ qui maturiori reguntur consilio, spiritu sapientiæ et intellectus, in anterius extensi, et, quod maxime prudentiæ est, fortuitos casus inopinatorum metiuntur² eventuum, qui in aliquo leviter seu graviter possent nocere;³ illud sapientis præ oculis interioribus habentes,—⁴

“A casu describe diem, non solis ab ortu,”

non attendentes faciem scorpionis, sed caudam. Hi sunt qui in adversis patienter impatientium impulsiones⁵ tolerant, qui beneficij ingratis humili expectatione ad memoriam⁶ immemores revocant, qui rerum exitus plus quam principia ponderant. Hi sunt qui, aëstivi fervoris non immemores, caudam suam servant, ut muscas abigant et elidant. Cauda extrema pars est corporis, quæ omnibus membris⁷ necessaria est in die incalescentis fervoris. Cauda corporis est finis vitae præsentis, hunc⁸ qui bonum facit et bene custodit muscas, id est demonum insidias, in die fervoris, immo furoris,⁹ scilicet in die Judicii, non timebit. Ille vero qui, tempore hiemis, id est hujus vite¹⁰ frigescens, caudam abeclerit, id est, extrema sua corrigere neglexerit, ibi¹¹ tormentis eum dæmonibus subjacebit. Gallenus igitur, volens ut asinus saperet et intelligeret, ac novissima provideret, dissuasione usus est; et¹² considerans quod stulto aliquid contra voluntatem suadere

¹ alii autem sunt, B.² metuentur, B.³ eventuum, nec aliquid infirmum putant vel sine robore quod aliquo tempore vel in minimo possit nocere, B.⁴ oculis habentes interioribus, unde versus, P.⁵ repulsiones, P.⁶ in memoriam, P.⁷ quæ membris omnibus, P.⁸ præsentis, signans hunc, P.⁹ immo furoris omitted in P.¹⁰ et hujus vite præsentis, P.¹¹ in tormentis, P.¹² sed, B. P.

vel dissuadere valde sit¹ difficile, cum eum videret in proposito suo ita pertinaciter persistere, juxta Salomonem, qui ait, "Responde stulto juxta stultitiam suam," praecepit ei ut quedam perquireret quæ impossibile erant² reperiri. Quasi manifeste ei diceret, "Consilio non acquiescis, exemplo non instrueris, "necessæ³ est ut labore manuum⁴ erudiaris." Multis enim vexatio dedit intellectum, quos prosperitas nunquam potuit erudire. Asinus igitur,⁵ qui vadit emere vana, et in vasis vitreis ea⁶ recondit, monachus est, qui, ut vanitatem quam desiderat assequatur, circumquaque discurrit, gratiam hominum querens,⁷ quæ quasi vitrum fragile est, nuncque⁸ adulationibus allicit, nunc muneribus astringit, totque laboribus et ærumnis afficitur pro nihilo, quod longe minori precio posset regnum sibi celorum⁹ comparasse. Unde plerumque fit ut, dum supra se quis rapitur, quod stulta¹⁰ et inania desideria adquirat, illud etiam modicum perdat quod prius habebat. Sic asinus qui, dum novam caudam sibi inseri laboravit, veterem omnino confusus amisit.¹¹ Iste frater Fromundus, qui canes immisit in asinum, et postea minis¹² perterritus simulavit se in omnibus satisfacturum, cogitans quomodo clanculo¹³ eum de medio tolleret,¹⁴ et, dum haec¹⁵ callide machinaretur, ab asino in Rodanum precipitatus est et submersus, eos significat qui, fratres simpliciores sua astutia dum circumvenire et decipere attentant, sepius

¹ nimis sit, P.² erant impossibile, P.³ necessario est, B.⁴ labore inani, B.⁵ exim, P.⁶ ea omitted in B.⁷ querens omitted in B.⁸ nunc, B.⁹ regnum celorum sibi, P.¹⁰ rapitur stulta et inania desideria acquirat non solum sed illud, P. ut dicit supra se rapitur quo, B.¹¹ illud in modicum perdat quod antea possederat, sicut asinus quidam novam caudam sibi inferri laboravit, veterem ex toto amisit. Item frater F., B.¹² nimis, B. P.¹³ clanculo omitted in P.¹⁴ faceret, B.¹⁵ hoc, B.

ipsi in laqueos incident quos aliis abscondunt; juxta illud:—

"Neque enim lex est æquior ulla,¹
"Quam necis artifices arte perire sua."²

Verba quæ secum asinus loquitur, secundum animi sui motum nunc fatua nunc indiscreta, meditationes cordis eorum significant indiscretas³ et inutiles, qui ponunt impossibilia in animo suo, et ea quæ non sunt tanquam ea que sunt sperant et expectant; dies suos in vanitate consummantes, circa seria desides et negligentes, et⁴ circa frivola solliciti et præcipites; quorum cogitationes stultas et instabiles opera quæ sequuntur ostendunt, dieente Scriptura, "A fructibus eorum cognoscetis eos." Quod autem sequitur de filio presbyteri et pullo gallinae, qui postea pro tibia fracta reddidit talionem, quia per se satis elucet, expositione non indiget.⁵ Hoc enim hodie ex consuetudine versum est in naturam, ut qui laeduntur vel etiam in minimo offendantur⁶ in pueritia, tempus retributionis usque ad annos ultimæ senectutis reservent in memoriam,⁶ nec acceptam aliquando obliscantur injuriam,⁷ quo-usque manifeste⁸ fuerit expiata per poenam. Pariter⁹ asinus, qui Parisius¹⁰ scholas frequentat, et literas penam¹¹ discendo et operam perdit impensam,¹² quia

¹ Neque enim lex ulla æquior est, B.
Neque fuit unquam, vel erit, lex æquior, P. illa, A. The reference, of course, is to the well known lines of Ovid:² Justus uterque fuit; neque enim
"lex æquior ulla,³ Quam necis artifices arte pe-
"rire sua."⁴ Ovid, *Artis. Am.*, lib. i. l. 655.⁵ meditationes eorum signant indis-
cretas, P.⁶ et omitted in B.⁷ elucet, ergo non indiget exposi-
tione, P.⁸ offenduntur, P.⁹ in memoria, B. P.¹⁰ injuriam obliviscantur, P.¹¹ manifestum, B.¹² Similiter, B.¹³ Parisius, P. It may be re-
marked here that the name *Parisius* was considered in medieval Latin as an indeclinable noun, and is never found in any other form than the nominative case.¹⁴ penæ, P. Omitted in B.¹⁵ et expensas, B.

discedens nomen urbis non potuit retinere in quam
moram fecerat septennem,¹ illos significat² qui cum
sensus non habeant exercitatos vel aptos ad literarum
apices³ intelligendos, tamen ut videantur in utroque
testamento eruditi, libros legunt quos non intelligunt,
quorum etiam nomina eis perfectis non meminerunt;
cupientes potius ut ab hominibus multa et magna
scire credantur⁴ ex assidua librorum inspectione,⁵ quam
ut aliquid sciant in rei veritate. Hi in omnibus
aperte⁶ eruditi sunt, quoisque articulus emerserit, ut
res verbis fidem faciat, et scientia, diutius abscondita,
per operis effectum in publicum procedat;⁷ cum turpe
admodum et ridiculosum sit id aliquem⁸ profiteri
non erubescere quod, cum ad rei exhibitionem⁹ per-
ventum fuerit, liquida¹⁰ appareat eum omnino nescire.
Sunt autem hodie multi simulatores, nec est ars aut
ordo in orbe universo fere¹¹ in quibus non sit¹² aliqua
simulatio. Qui enim artibus vacant, simulant se sciēre
quod nesciunt. Qui in ordine religionis vivunt, id vo-
lunt videri quod non sunt. Unde Burnellus¹³ quedam
de diversis ordinibus interserit, volens jocosa quedam
insimulatione¹⁴ reprehendere, que noverat aspera in-
crepatione nequaquam se posse extirpare. Multa enim
genera morborum¹⁵ sunt que utilius unguentum quam
cauterium¹⁶ ad medelam¹⁷ admittunt.

¹ per septennium moram fecit, P.² signat, P.³ literas et apices, P.⁴ videantur et credantur, B.⁵ aspectione, P.⁶ aprise, B.⁷ prodeat, B. P.⁸ cum turpe et ridiculosum id ali-
quando pro, P.⁹ assecutionem, P.¹⁰ liquido appetit, B.¹¹ in universo fere orbe, P.¹² nea est, P. non simulatio, B.¹³ The editor of the old printed
edition has changed *Burnellus* into
Brunellus throughout.¹⁴ interseret jocosa quadam insimu-
latione, P.¹⁵ morbi, B.¹⁶ P. adds here the explanatory
interpolation, id est ferrum quo
utuntur infirmi vel dannati.¹⁷ ad medelam omitted in B.

Prologus auctoris.

Suscipe pauca tibi veteris, Willelme, Nigelli
Scripta, minus sapido nuper arata¹ stylo.
Hoc modicum novitatis opus tibi mitto legendum,
Maxima pars animae dimidiumque mete.
Ipse superficies quamvis videatur inepta,
Materieque rudis, verba diserta minus;
Multa tamen poterit lector studiosus in illis
Sensibus et studiis carpere digna suis.
Non quod verba sonant, sed que contraria verbis
Insita sensus habet sunt retinenda magis.
Quis vetet,² ex magis vario paradigmate sumpto,
Seria quandoque plurima posse legi?
Saepius historie brevitas mysteria³ magna
Claudit, yet in vili res preciosa latet.
Quicquid ad exemplum morum scriptura⁴ propinat
Doctrinæ causa, debet habere locum.
Saepius admiror, dum tempora lapsa revolvo,⁵
Quam fuerint nobis quamque notanda tibi.
Nil cum præterito præsens mihi⁶ tempus habere
Cernitur, in caudam vertitur omne caput.
Fit de nocte dies, tenebræ de luce serena,
De stulto sapiens, de sapiente nihil.
Fit Cato mentis hebes, linguam facundus Ulyxes,⁷
Perdidit, instabiles nunc habet⁸ sura vices.
Plusque Catona sapit, magisque est⁹ facundus Ulyxe,¹⁰
Qui modo mutus¹¹ erit, mente manuque carens.
Quique fuit sapiens duro sub tempore belli,
Hunc quasi delirum tempora pacis habent.

¹ arato, A.² Quis vetat, P.³ historias, P.⁴ doctrinæ, P.⁵ recordor, B.⁶ mihi præsens, B.⁷ Ulizes, B. Ulyxes, A.⁸ et stabiles non habet, B.⁹ magis est, P.¹⁰ Ulyxe, B. Ulyse, A.¹¹ Qui non mutus, P. mutus erat,

B.

Et qui nil sapuit nisi stultum tempore duro,
Postquam pax rediit, incipit esse Cato.
Quodque magis miror, furantur Nestoris annos,
Quos nondum partus edidit ipse suus.¹
Sic fortuna parit, dum partus prodigiosus.²
Redditur, ex partu prodigiosa suo.
Prodiga facta magis, quam provida, prodigiosam
Constitit³ ante suam se peperisse⁴ diem.
Nam puer impubes Cicerone disertio ipso
Fingitur, et magno scire Catone magis.
Omnia lunari subjecta globo reserare
Novit, et interdum mystica multa videt.
Qualemcumque virum cupias,⁵ quantumque disertum
Fingere mente, manu pingere, talis erit.
Talis apud tales, talis sub tempore tali,
Subque suo tali judice talis erit.⁶
Sicque dealbatus paries depingitur extra,
Interius plenus sordibus atque luto.
Sic pictura lutum vestit; sic gemma venustat
Stercora; sic aurum putrida ligna tegit.
Qui⁷ nihil est per se, nec habet quo tendat in altum,
Expedit alterius ut relevetur ope.
Est tamen absurdum, cum quilibet ex alieno
Intumet ulterius⁸ quam tumuisse decet.
Quamvis, de propria cum quis⁹ virtute superbis,
Sit vitium, levius hoc tamen esse puto.
Consuetudo tamen solet attenuare pudorem,
Reddit et audacem quem mora longa juvat.
Regna licet teneat sceptrumque leonis asellus,
Juraque det populis, semper asellus erit.
Asperior tamen est, in sede leonis asellus
Si positus fuerit, quam foret ipse leo.

¹ suos, P.² prodigiosos, B.³ Cum sciat, P.⁴ suam deperiisse, B.⁵ capio, P.⁶ These two lines are omitted in P.⁷ So A. B. C. Cui, P.⁸ Alius intumeat, P.⁹ de propria quisquam, B.

Pelle leonina tectum detexit asellum
Fastus,¹ et excedens gloria vana modum.
Si moderata foret, saltem sub imagine falsa
Res simulata diu posset habere locum.
Sed nimis impatiens gravis in novitate vetustas.²
Principes saltus in sua damna dedit.
Dum miser ipse sibi factus fuit,³ ex alieno
Fortunam didicit dedidicisse suam.
Perdidit invitus, male se simulante leonem,
Quod bene sive male creditis esse bonum.
Si qua minus prudens male perdidit, ex alieno
Perdidit, ex proprio nil periisse liquet.
Quae fuit ante sibi nullo mediante figura
Permanet, ex nihilo perdidit ergo nihil.
Qui leo non potuit fieri, si fiat⁴ asellus
Sufficit, alterius sarcina pondus habet.
Quoque magis fertur magis est onerosa ferenti,
Respectu vario pondera pondus habent.
Sanus ergo foret alienum non rapuisse,
Quam cum dedecore non retinere suum.

De asino qui⁵ voluit caudam suam longiorem fieri.⁶

Auribus immensis quondam donatus asellus
Institut ut caudam posset habere parem.
Cauda suo capiti quia se conferre nequibat,
Altius ingenuit de brevitate sua;
Non quia longa satis non esset ad utilitatem,
Ante tamen quam⁷ sic apocopata foret,
Consuluit medicos, quia quod natura nequibat,⁸
Artis ab officio posse putabat eos.

¹ Ritus, B.² venustas, P.³ factus suus ex, B.⁴ fiet, P.⁵ quoniam, P.⁶ fieri longiorem, P. In B. the rubric is, *Contra cupiditatem, exemplum de asino.*⁷ quod, P.⁸ negabat, B. P.

Responsio Galieni.

Cui Galienus ait : " Satis est bipedalis asello¹
 " Cauda, quid ulterius poscis, inepte, tibi ?
 " Sufficit ista tibi, nam quo productior esset,
 " Sordidior fieret proximiorque luto.
 " Hac nisi contentus fueris, dum forte requiris
 " Prolongare nimis, abbreviabis eam.
 " Quod natura dedit non sit tibi vile, sed illud
 " Inter divitias amplius esse puta.
 " Crede mihi, vetus est tibi cauda salubrior ista
 " Natibus innata quam foret illa nova.
 " Nec placet ista tamen, sed habere cupis meliorem,
 " Artibus et curis insita pejor erit.
 " Sed neque de facili posset nova cauda creari,
 " Quamvis deposita cauda vetusta foret.
 " Vita brevis, morbus gravis est, et tempus acutum,
 " Ars est longa nimis ; abdita causa latet.²
 " Difficiles curae nimium, sed et experimenta
 " Ipsa suos medicos fallere sepe solent.
 " Certa periela manent, medicorum dogmata non sunt
 " Qualia tu credis, qualia quisque putat.
 " Sed neque sic passim præstat medicina salutem,
 " Quamvis distribuat arte peritus eam.
 " Pendet in ambiguo morbi medicina, dolorem
 " Impedit, atque parit conditione pari.
 " Que prosunt aliis aliis nocuisse probantur,
 " Non est in medico quam cupid aeger opis.³
 " Velle potest medicus, sed non conferre, salutem ;
 " Gratia diva facit, ipse⁴ minister adest.

¹ aselle, P.² P. has here introduced the following couplet, which is found in none of our manuscripts :*Cotidie fallunt ars et praxis medicine;**Si tres evadent, septem dant colla
ruina.*³ opis, B.⁴ ille, B.

" Sæpe quidem¹ medicini² fallunt, falluntur et ipsi,
 " Et vice conversa quæ nocuere juvant.
 " Esto quod ars mandat, faciat, nec abinde recedat ;
 " Non tamen evenient quæ cupid ipse sibi.³
 " Solus enim Deus est morbis medicina salutis ;
 " Nos tantum velle possumus, ipse⁴ potest.
 " Nos nihil absque suo, vel eo nos præveniente,
 " Possumus ; ipse sibi sufficit absque meo.
 " Nos herbis variis, pigmentis, et speciebus
 " Utimur ; hic verbo singula sana facit.
 " Dicimur a populo medici, sed nomine solo ;
 " Sed Deus est medicus nomine reque simul.
 " Quam dedit ille tibi caudam retinere memento,
 " Stulte, nec ulterius ulteriora petas.
 " Ne perdas quod habes, quod habes tenuisse labora ;
 " Ne veniant subito deteriora tibi.
 " Quam tibi plantavit caudam, qui contulit aures,
 " Si mihi credideris, hanc retinere stude.
 " Inque statu quo te medicus tuus ille reliquit
 " Sta, donec veniat, mutet et ipse statum.
 " Tutius est certe medico gaudere salubri,
 " Quam magnis tristi conditione frui.
 " Volvere multa⁵ solet animi meditatio stulta,
 " Quæ magis impediunt quam sua vota juvant.
 " Auribus ex propriis poteris cognoscere, quis sis,
 " Quam sit absurdum⁶ quod statuisse cupis.
 " Auribus ex geminis tria corpora talia posses⁷,
 " Investire satis et remaneret adhuc.
 " Non honor est, sed onus, tales aures habuisse,
 " Quæ pariant⁸ domino nil nisi damna suo.
 " Auribus ecce tuis si par tibi cauda fuisset,
 " Quid nisi⁹ juncta simul hæc duo monstra forent ?

¹ quidam, P.² medici, B.³ cupid ipse tibi, B.⁴ ille, B.⁵ cuncta, B.⁶ Quamque sit absurdum, B.⁷ Quam sit et absurdus, P.⁸ possis, P.⁹ pariant, B.⁹ Quid si, P.

" Innatum solo¹ satis est in corpore monstrum,
 " Ingeminata magis² deteriora forent.
 " Cum pateant oculis quæ sunt manifesta duabus,³
 " Facilius poterit una latere lues.
 " Ex re nomen habens modo⁴ diceris auriculatus,
 " Risus et es populi ludibriumque fori.
 " Quid tibi si cauda⁵ fieret quasi pertica longa?
 " Per caput et caudam tunc trahereris item.
 " Si duo monstra simul corpus jungantur in unum,
 " A populo digitis nonne notandus eris.
 " Magnum magna decent; brevis es, nihil utilitatis
 " Quam tibi cauda brevis amplius ampla daret.
 " Tutius ergo puto caudam retinere vetustam,
 " Quam plantare novam quæ minus apta foret.
 " Sed neque⁶ cauda nova, quod et auditu novitatem
 " Narrat inauditam, crescere posset ita.
 " Res facilis dictu, sed difficilis nimis actu,
 " Verba ruunt subito, rem mora longa trahit.
 " Est leve dixisse quia⁷ ventus et aura ministrant,
 " Sed fecisse quidem non leve pondus habet.
 " Dicere multorum est, sed vox nisi crescat in actum,
 " Est vento similis, ventus et ipse levis.⁸
 " Dicere quisque potest, sed dictis jungere facta,
 " Si bene perpendas, non ita quisque potest.
 " Hæc duo sunt ejus cuius sunt omnia, per quem
 " Omnia, sub quo sunt omnia jure pari;
 " Cujus idem posse quod velle, nec hoc minus illo,
 " Qui solus cunctis contulit esse suum;
 " Qui facit et reficit, creat, atque creata gubernat,
 " Non minor aut major tempore sive loco.
 " Hujus in arbitrio, pendent mortalia quæque;
 " Hic, et non aliis, præstитit esse tibi.

¹ solo, P.² nimis, P.³ So A. B. and C. P. corrects to
duabus.⁴ nasc, B.⁵ Quid si cauda tibi, B. P.⁶ Et neque, P.⁷ quæ, P.⁸ et ipsa, A. B.

" Quod dedit ipse tibi, qualem te contulit esse,
 " Etsi nolueris, improbe, talis eris.
 " Cur non sustineas quod oportet sustinuisse
 " Ejus ad arbitrium, quem cohibere nequis?
 " Crede mihi, nihil est fieri quod posse putasti,
 " Quod natura negat reddere nemo potest.

Increpatio Galieni.

" Numquid enim cervus, saliens in montibus altis,
 " Supplicat atque petit qualia, stulte, petis.
 " Si te majores, si te quoque nobiliores
 " Talia nulla rogant, tu quid, inepte, rogas?
 " Nil lepus aut ursus, caper aut capra, damula,¹ cervus,
 " Causantur caudæ de brevitate suæ.
 " Numquid² es his melior,³ major, vel sanctior unus?
 " Et tamen his brevior quam tibi cauda manet.

Consolatio Galieni.

" Nobile corpus habes, non sit tibi cauda pudori;
 " Nam si cauda brevis, est tibi grande caput.
 " Non brevis est adeo quod non aliis breviorem
 " Esse liquet; satis est ergo remissa tibi.
 " Quod minus est caudæ capitinis supplebis honore;
 " Non decet ut fiant illud et illa pares.
 " In titulo caude Francorum rex Lodowicus⁴
 " Non tibi precellit pontificesve⁴ sui.
 " Firmiter ergo tene quod habes, quia conditionem
 " De facili posses damnificare tuam.

¹ damula, or damila, B. damula,

P.

² Numquid es melior, P.³ Ludowicus, P.⁴ pontificesque, P.

Narratio Galieni ut revocet asinum a stultitia sua.

“ An nescis vaccis quid¹ contigit ecce duabus,
 “ Quas puer aspexi patris in æde mei?
 “ Altera Brunetta² fuit, altera dicta Bicornis,
 “ Sed nigra Brunetta,³ flava Bicornis erat.
 “ Contigit has igitur hiemali tempore quodam
 “ Nocte retardatas non rediisse domum.
 “ Per vada transibant, limosa lutoque repleta,
 “ Pascua cum peterent cotidiana sibi;
 “ Utque solent vacce, caudis de more lutosis,
 “ In pratis luteis concubuere⁴ toris.
 “ Nocte gelu subitum veniens, terramque perurgens,⁵
 “ Contulit in solidum mollia cuneta prius.⁶
 “ Duruit⁶ in lapidem quicquid fuit ante lutosum;
 “ Stagna, lacus, fontes, marmoris instar erant.
 “ Quas foveat innatas ligat arctius alveus undas,
 “ Nec sinit elabi flumina more suo.
 “ Tot pontes quot aquæ, liber nec ut ante negatur?
 “ Transitus, est per aquas qua via plana placet.⁸
 “ Hæserunt terre cauda mediante juvencæ,
 “ Arctius astringit⁹ terra lutosa lutum.
 “ Undique terra riget, caudas retinente rigore,
 “ Surgere non poterant nec remeare domum.
 “ Mane revertente pariter volvere reverti,
 “ Sed prohibet glacies conglutinata solo.
 “ Plurima conate, spem defructante labore,
 “ Tandem lassatas continuere manus.
 “ Multa tamen querulæ tacitoque dolore gementes
 “ Attentare student et variare vices.
 “ Sed nihil est quod agunt, propria virtute resolvi
 “ Non sinit objecta vis violenta sibi.

¹ quod, P.² Bruneta, B.³ procubuere, B.⁴ perurens, P.⁵ solidum quod fuit ante lutum, B.⁶ Diruit, P.⁷ negatse, B.⁸ plana prius, B.⁹ astringit, B.*De Bicorne.*

“ Anxia facta nimis vitulo clamante Bicornis,
 “ Anxius instabat posse referri pedem.
 “ Nam nova nata domi stabulis inclusa relicta
 “ Hesterno¹ fuerat, ne sequeretur eam.
 “ Sed nil proficiens cum desperata laboris
 “ Jam foret, ingemuit altius, hæc et ait:—

[Consilium Bicornis.]²

“ Una salus superest, caudas resecare lutosas,
 “ Quæ retinent miseras nec remeare sinunt.
 “ Quid mea cauda mihi? vel quid sibi³ contulit un-
 “ quam⁴
 “ Quis fructus? vel quæ gloria cauda mihi?
 “ En per eam teneor tanquam captiva, quid ergo?
 “ Non honor est, sed onus, hæc mea cauda mihi.
 “ Esto quod hinc possem cauda remanente redire,
 “ Semper erunt oneri cauda lutumque mihi.⁴
 “ Attrahit ipsa lutum pendens oneratque ferentem;
 “ Quid tribuat video nil, nisi triste, mihi?
 “ Libera nunc essem, nulloque tenente redirem,
 “ Ni foret in causa sordida cauda mihi.⁵
 “ Tollere materiam, ne propter materiatum
 “ Hic ego deficiam,⁶ tutius esse puto.
 “ Causidici dicunt, quia legibus est ita cautum,
 “ Causatum perimit causa perempta suum,
 “ Sanius est partem quam totam,⁷ perdere caudam
 “ Quam caput hoc modicum, quam meliora minus.⁸

¹ Hesterno, B.² This rubric is not given in P.³ mihi, P.⁴ These two lines are found only in B.⁵ in cauda sordida causa mihi, P.⁶ Ne sic deficiam, B.⁷ totum, B.⁸ majus, B.

" Malo mihi caudam pariter cum crure¹ revelli,
 " Quam subito vitam claudere² morte meam.
 " Forsitan hic alias simili ratione morarer,³
 " Quoque⁴ modo teneor nunc⁵ retinerer item.
 " Si mea cauda modo fuerit succisa, regressus
 " Tuitior hic aderit quam fuit ante mihi.
 " Parvula, si peream, mecum mea nata peribit,
 " Quam nondum quintum constat habere diem.
 " Et si non pro me faciam mihi talia, saltem
 " Propter eam fieri cogit, oportet ita.
 " Corporis hæc nostri pars est, quam dente procaci
 " Consuevere canes dilacerare prius.
 " Dimidiumque fere jam pridem surripuere;⁶
 " Heu mihi! quod⁷ reliquum restitit usque modo?
 " Quod superest canibus placet hoc impendere natæ,
 " Hocque pium satis est, hoeque salubre mihi.
 " Ergo quid ulterius, quæ sum factura, morabor,
 " Casibus in duris accelerare juvat."
 Dixit, et arreptam caudam pugione recidit,
 Festinansque domum carpere cœpit iter.
 Ante tamen studuit ferrum præstare sorori,
 Posset ut a simili solvere vincla sibi.
 Sed minus hæc præceps, prudensque magis, patienter⁸
 Verba tulit, cohibens a pugione manum.

Responsio Brunettæ.

Postea respondens dixit,⁹ " Quid, inepta, laboras?
 " Quod mihi persuades? Absit ut illud agam!
 " Rebus in adversis opus est moderamine multo,¹⁰
 " Non decet in gravibus præcipitare gradum.

¹ carne, P. ² ex sanguine tolli, B.
³ perdere, P.
⁴ moriser, P.
⁵ Quaque, B.
⁶ tunc, B.

⁶ subrapuere, A.
⁷ quid, P.
⁸ prudens magis et sapienter, P.
⁹ dicit, P.
¹⁰ medicamine multis, P.

" Rebus in ambiguis quotiens fortuna laborat,
 " Consilium præceps non decet esse nimis.
 " Impetus, ut memini, gravis est, male certa¹ ministrat;
 " Si male cuncta facit, ergo nec ulla bene.
 " Non opus est gravibus, ubi res gravis est et acerba,
 " Sed magis auxilio consilioque bono.
 " Mitius in duris sapiens Cato mandat agendum,
 " Mollia ne pereant asperitate gravi.
 " Res ubi difficilis, non est ita præcipitandum,
 " Tempore sanatur quod ratione nequit.
 " Si fortuna modo gravis est, conversa repente
 " Quod grave portamus alleviabit onus.²
 " Tempora labuntur, dominique cadunt,³ renovantur
 " Servi, vulgus abit, area lata patet.⁴
 " Quæ veniunt subito, subito quandoque recedunt;
 " Prospera cum duris mixta venire solent.
 " Fortuitos casus non est vitare volentum,
 " Nemo futurorum praescius esse potest.
 " Plus valet interdum non prætimuisse futura,
 " Quam tertum fieri sollicitumque nimis.
 " Nam sua multotiens docuit vexatio multis,
 " Obfuit et multis⁵ prosperitate frui.
 " Casibus in lætis minor est sollertia multis,
 " Erudit incertos sollicitudo gravis.
 " Casibus in lætis magis est metuenda voluptas,
 " Segnius in vitium tristia corda ruunt.⁶
 " Integra Troja fuit dum se suspectus utrinque,
 " Subtraxit⁷ durus hostis ab hoste suo.
 " Pax data subvertit, que prælia non potuerunt,
 " Moenia, plus nocuit rege remissa manus.

¹ cuncta, P.

² opus, P.

³ domini cadunt, P.

⁴ atria lata patent, P.

⁵ in multis, B.

⁶ These two couplets are reversed in R.

⁷ utrumque, P.

⁸ Subtrahet, B.

" Sola venire solent et vix et raro¹ secunda;
 " Turbine vallata sors inimica venit.
 " Si fortuna dedit dudum mihi dulcia, quare
 " Dedigner sub ea paucula dura pati?
 " Dura quidem patior, sed non duranda per annum,
 " Nondum prateriit tota vel una dies.
 " Principis aut regis si carcere tenta ligarer,²
 " Asperiora luto ferrea vincla forent.
 " Mollius esse lutum ferro quis nesciat? ipsos
 " Reges et satrapas ferrea vincla tenent.
 " Si leviora luti quam regia vincula ferri,
 " Est levior certe sors mea sorte sua.
 " Illos forte sua quinquennia vincula servant,
 " Forsitan in triduo carcere solvar ego.
 " Flante levi Zephyro, Notus in sua regna redibit,
 " Percipientque³ statum prata lutosa suum.
 " Tunc dissolventur mea per se⁴ vincula gratis,
 " Et remanebit adhuc haec mea cauda mihi.
 " Me cito privasse possem, sed penitusse
 " Forsitan aeternum perpetuumque foret.
 " Sorte pari poterit nox una resolvere⁵ vinctam,
 " Sicut et anterius una ligavit eam.
 " Non decet ut quotiens quedam minus apta putantur,
 " Quod quis perpetua jure relegate⁶ ea.
 " Sed quibus⁷ obstat hiems aestatis gratia prospicit,
 " Ut sua quem dejicit sors aliena levet.
 " Sieque vices varias per se sua tempora mittunt,⁸
 " Posset⁹ ut alterius alter honore frui.
 " Dulce relativum socialia foedera jungit,
 " Fortius incedunt foedera juncta mihi.¹⁰

¹ et sero, B.² legarer, B.³ Pracipientque, P.⁴ per se mea, B.⁵ solvere, A.⁶ perpetuo jure relegate, P. relegate, B.⁷ Si quibus, P.⁸ variant, Parce sua tempora mutant, P.⁹ Posset, B.¹⁰ sibi, B.

" Quod minus alter habet, sua quem fortuna gravavit,
 " Suppleat alterius copia grata magis.
 " Nil ita praecipuum vel tam sublime creatum,
 " Ut non alterius possit¹ egere manu.
 " Tempora sive vices vario discriminé certant,
 " Nec coeunt nexus foedera queque pari.
 " Sepe breves frutices currentia² sternere plastra
 " Vidimus, et celeres detinuisse boves.
 " Sepe brevis magnas subvertit machina turres,
 " Impulsuque levi moenia summa ruunt.
 " Se premit imbre brevi violentia maxima venti,
 " Atque procellosas mitigat Eurus aquas.
 " Nil contemnendum reputes, quod tempore quovis
 " Ferre vel auxilium vel nocuisse potest.
 " Vilius interdum quod carius esse putamus
 " Constat, et est majus quod minus esse putas.
 " Obstutis³ interdum magnis res parva periclis,
 " Terruit et rapidos parvula virga canes.
 " Urbibus in mediis incendia magna repente
 " Extingui modica sepe videmus aqua.

Commendatio caudæ.

" Corporis ergo mei quamvis pars ultima cauda,
 " Utilius tamen hac nil reor esse mihi.⁴
 " Quæ quamvis oneri modo sit nulloque⁴ decori,
 " Aestivo redimit tempore damna sui.
 " Unica cauda mihi plus quam duo cornua præstant
 " Tempore muscarum, plusque salutis habet.
 " Ventilat haec vespes,⁵ sævos dispergit oestres,⁶
 " Verberat et muscas improbitate graves.
 " Cauda mihi clypeus, gladius mihi cauda, securis,
 " Lancea, funda, lapis, clava, sagitta, faces.

¹ posset, P.² ad terram, P.³ esse mei, P.⁴ nullique, P.⁵ vespas, P.⁶ oestres, B.

" Cauda colit corpus, cutis est fidissima nutrix,
 " Pulveris abstergens quicquid adhæsit eis.
 " Hæc lavat, hæc tergit, hæc omnibus una ministrat,
 " Ultima membrorum, prima labore suo.
 " Si bene pensetur, quid honoris et utilitatis
 " Contulerint dominæ singula membra suæ,
 " Sola suo capiti membris sed et omnibus una
 " Plus valet, est et eis officiosa magis.
 " Omnibus una cavens fragilis discrimina sexus,
 " Publica ne pateant cauda pudenda tegit.
 " Hæc mea cauda mihi vario pro tempore confert,
 " Quæ tamen est certo tempore grata magis.
 " Tempora nam timeo quæ sunt mihi jure timenda,
 " Nec timet incassum qui mala nota¹ timet.
 " Cumque quid et passa sim vel passura recordor,
 " Hæc ego sum semper dicere visa mihi:
 " Ecce dies veniunt veris, muscæque resurgent;²
 " Quas castigat³ adhuc cana pruina gelu,
 " Cum calor æstatis nimio fervore⁴ per agros
 " Sparserit omne pecus terrueritque greges;
 " Musca, gravis pestis, qua nulla nocivior⁵ unquam
 " Extitit in mundo vel magis atra lues.
 " Dente gravi miseras totum sparsura per orbem
 " Percutiet pecudes, nec sinet⁶ ire pedes.
 " Namque levi saltu tanquam per inane volantes
 " Morsibus et stimulis exagitabit eas.
 " Illa⁷ dies caudam cunctis dabit⁸ esse salubrem,
 " Et suus æstatem prævenit augur hiems.
 " Forte dies aderit in qua, ni fallor,⁹ egebit
 " Vacca sua cauda quam modo sprevit¹⁰ ita.
 " Illa dies caudæ faciet meminisse juvencas,
 " Et steriles vaccas, emeritosque¹¹ boves.

¹ rotu, P.² resurgent, B. and P.³ Quas sepe licet, B.⁴ calore, P.⁵ nocentior, B.⁶ sinet, B.⁷ Ille, A.⁸ docet, P.⁹ nisi fallor, B.¹⁰ spernit, B.¹¹ emeritasque, P.

" Illa dies caudæ faciet meminisse Bicornis,
 " Qua mallet¹ cauda non habuisse caput.
 " Illa dies caudas mundo faciet præciosas,
 " Quæ plus sunt viles quam vetus olla modo.
 " Illa dies dura, multumque timenda² per orbem,
 " Tanquam Judicij plena timoris erit.
 " Illa dies caudas nostras numerabit, et illa
 " Discernet pariter quæ bona quæve mala.
 " Illa dies caudas nostras discernet utrasque,
 " Quæ bene mundata, quæve lutosa nimis.
 " Hæc est illa dies in qua, si forte juventa
 " Posset habere duas, vellet³ habere decem.
 " Hæc est illa dies veniet qua durus öster,
 " Tortor vaccarum maximus atque boum.
 " Hæc est illa dies quæ muscas dente caninas
 " Morsibus et stimulis mittet⁴ in omne pecus.
 " Hæc est illa dies quam prætimuisse futuram
 " Expedit armento,⁵ ne patiatur in hac.
 " O mihi quam felix! misera,⁶ quæ posset ab illa
 " Evasisse die, quam timet omne pecus.
 " Hanc etiam plus morte mea formido futuram,
 " Qua nisi tunc munda non⁷ ero tuta satis.
 " Namque graves muscae nimium, fervorque diei⁸
 " Multus erit, nec ibi quis latuisse potest.
 " Nec pecori tantum fervor muscæque nocebunt,
 " Sed dominis pecorum pastoribusque gregum.
 " Hæc est illa dies qua non aliena juvabit
 " Cauda, nec alterius quid nocuisse potest.
 " Sed nec⁹ pastor ibi pecori,¹⁰ taurusve juvencæ,
 " Parve pari poterit¹¹ ferre salutis opem.

¹ mallet, P.² tremenda, B.³ mallet, P.⁴ mittit, P.⁵ armenti, A.⁶ misera, P.⁷ Qua nisi præterita non, B.⁸ muscae fervor nimiumque diei, B.⁹ ne, P. non, C.¹⁰ pecoris, P.¹¹ In nullo poterit, B.

" Haec est illa dies qua nil nisi¹ cauda² juvabit,
 " Vel loca quae musca tangere nulla potest.
 " Haec est illa dies de qua si³ vera fatemur,
 " Pendet ab illius nostra salute salus.
 " Ergo licet teneat cauda, graviterque coarctet,⁴
 " Non tamen effrangar⁵ ipsa dolore meo.
 " Malo per hos⁶ septem vel quinque dies cruciari,
 " Forsitan interea tristis abibit hiems;
 " Quam praelonga⁷ nimis me fervida torreat aestas,
 " Dilaceretque meam musca canina cutem.

Qualiter Brunetta liberata est.

" Talia dum memorat, modico recreata sopore,
 " Flante levi⁸ Zephyro tempora versa videt.
 " Sol calet, et superas clarus devexus⁹ in auras,
 " Diffusis radiis temperat omne gelu.
 " Solvitur unda fluens, humus exhilarata tepescit,
 " Aufugit et subito cana pruina solo.
 " Et status et facies silvis redduntur et arvis,
 " Cuncta relaxantur carcere clausa prius.
 " Nec mora, consurgens caudam Brunetta retraxit,
 " Acceleransque domum carpere coepit iter.
 " Quam procul ut videt¹⁰ sanam remeare Bicornis,
 " Ingemit, et¹¹ tonso¹² pectore tristis ait.

Lamentatio Bicornis.¹³

" Heu mihi! quid feci? quis me furor egit iniquus?
 " Quam nimis accelerans in mea damna fui?

¹ dies de qua nisi, P.² The words from *cauda* to *si* in
the second line after, are omitted in
A. and P.³ coarctet, B.⁴ affrangar, P.⁵ has, P.⁶ praelonga, B.⁷ brevi, P.⁸ dux exit, P.⁹ rudit, P. B.¹⁰ Ingemit tonso, P.¹¹ tonso, B.¹² De lamentatione Bicornis, P.

" O quam perduros habet impatientia fines!
 " Quamque solet praecips exitus esse gravis!
 " Vae mihi! vae misera! vae nunquam non miseranda!
 " Vae, cui nil nisi vae tempus in omne manet!
 " Vae mihi! quod ego nunc¹ cunctis² animantibus
 " una
 " Sum data Iudibrio³ tempus in omne meum.
 " Cur mihi cum cauda non est mea vita recisa,
 " Ut caput et cauda continuata forent?
 " Cur non terra prius? cur non absorbuit unda
 " Fluminis? aut missis ignibus usta fui?
 " Quæque nimis praeceps, non mea fata⁵ secuta
 " Montibus e summis precipitata rui?
 " Heu mihi! cur laquei circum mea guttura missi
 " Vitam cum vitio non rapuere meo?
 " Cur non mors subita vitam, vel sonticus ille⁶
 " Morbus ademisset,⁷ qui vagus esse solet?
 " Quid queror? una mihi superest medicina doloris,
 " Mors cita, que sola solvere cuncta solet.
 " Nec mora quin solvat, jam formidabilis aestas
 " Imminet, exit hiems, vere vigente novo.
 " Vivet⁸ in exemplum populis moritura Bicornis,
 " Instruet et stultos⁹ simplicitate sua.
 " Discant praecipites et quos mora nulla retardat,
 " Ne nimis accelerent in sua damna manus.
 " Non reputet modicum modico contenta voluptas,
 " Res de postfacto¹⁰ quod fuit ante docet.
 " Nec modicum quicquam reputet, si tempore quovis
 " Fortuito casu perdere possit¹¹ idem.
 " Cauda nocet capiti proprio, prohibetque timeri
 " Cornua, dum metuunt posteriora sequi.

¹ nunc quid ego, P.² Me miseram! quod ego cunctis,
B.³ Iudibrius, B.⁴ Fulminis, B.⁵ cur non mea facta, B.⁶ illam, P.⁷ ademisset, B.⁸ Vieat, B.⁹ multos, B.¹⁰ te post factum, P.¹¹ posset, P.

" Quid queror incassum ? Mando tamen ista modernis
 " Qui post me venient, hæc duo verba legant :
 " Dum superest nihil est, nihiloque minus quod habemus
 " Cedat, et est magnum quod fuit ante nihil.
 " Nil mea cauda fuit, mihi dum¹ conjuncta maneret,
 " Maxima sed postquam desiit esse fuit.
 " Perdere cum timeas magnum, reputare memento
 " Quicquid habes, modicum sit licet illud idem.
 " Desierat tandem, mentis stimulata Bicornis
 " Anxietate gravi, talia verba loqui.

Quid acciderit Bicorni.

" Venerat interea tempus quo fertilis æstas
 " Prata solet primo pingere flore novo.
 " Induerat jam fronde nemus, jam gramine terram
 " Texerat, intextis floribus arte pari.
 " Exierant volucres hiemis de carcere fracto,
 " Solvere finitimis digna tributa locis.
 " Verba negata sibi redimens philomena sonoris²
 " Vocibus insistit, personat omne nemus.
 " Quos natura vocat, cum turture venit hirundo,
 " Adventusque sui tempora certa tenent.
 " Nuncius auroræ merulam comitatur alauda,
 " Nec sua permuntant tempora lege nova.
 " Semper idem repetens, veteri nova tempora voce
 " Ostendit cuculus, nil novitatis habens.
 " Concentu parili vocum concordia³ discors
 " Intonat, et silvis organa mille sonant.
 " Certat odor florum cantus superare voluerum ;
 " Organa vox superat, balsama vincit odor.
 " Dulce sonant silvæ, redolent thymiamata, campi,
 " Floribus et fructu gignit annona⁴ solum.

¹ cux, P. fuit dum ne comitata,

² philomela sonora, P.

³ discordia, P.

⁴ annona, interlined by another and rather later hand, A. annona, B.

" Estuat æstivo tellus fervore coacta,
 " Solvitur in cineres quod fuit ante lutum.
 " Terra parit pulices, pariuntque cadavera vermes,
 " Aera conturbat improba musca volans.
 " Ardor agit peccades, pariter conturbat oëster,¹
 " Advolat et musca sordida, dente procas.
 " Per juga, per colles, per devia quæque locorum,
 " Diruptis stabulis solvitur omne pecus.
 " Insidet armento stimulo perdurus oëster,
 " Assunt et vespes, immoderata lues.
 " Saltibus et silvis currunt sine lege vagantes
 " Cum grege pastores, præcipitando gradum.
 " Uritur omne pecus, sudant animalia passim,
 " Spargitur armentum, diffugiuntque greges.
 " Brunettam² sequitur pariter fugiendo Bicornis,
 " Quæque tuta minus fortius urget iter.
 " Cui sua cauda manet muscis Brunetta³ resistit
 " Fortiter, impendens pro vice sepe vicem.
 " Ventilat hinc vespes,⁴ alias dispergit oestres,⁵
 " Dissipat et muscas, seque tuetur ab his.
 " Hæc abit, illa volat,⁶ fugit hæc,⁷ comitantur et
 " illi,⁸
 " Hi stimulant, mordent,⁹ urget et illa pedes.
 " Aggreditur tandem miseram nudamque Bicornem
 " Turbine multiplici turba proterva nimis.
 " Quid faceret misera ? quo se lugubris, et amens¹⁰
 " Verteret, in tantis nuda relicta malis ?
 " Quod potuit fecit, licuit dum currere, cursu
 " Certavit crebro¹¹ præcipitoque¹² pede.
 " Prævenit ala pedem, vincitque volans gradientem,
 " Plus pede currentis penna volantis habet.

¹ peccatum turbatur oëster, B.

² Burnetam, B.

³ Burneta, B.

⁴ vespes, B. hic respes, P.

⁵ oestres, B.

⁶ rotat, A.

⁷ hic, P.

⁸ comitantur et illa, B.

⁹ Hi stimulos uexant, B.

¹⁰ omnis, P.

¹¹ celeri, B.

¹² præcipituque, B.

" Arma gerunt pacem, qui pugnaturus inermis
 " Advenit, ex facili succubuisse potest.
 " Conveniunt muscae, vespes¹ glomerantur in unum,
 " Torvus öester adest, cuspide, dente nocens.
 " Praecipito² cursu terras dilapsa per omnes,
 " Donec deficeret, instituit ipsa pedes.
 " Nec minus egit eam caudæ pudor ille retrorsum,
 " Quam stimuli quibus est obsita tota simul.
 " Ergo resupina tandem sub colle jugoso.
 " Corruit in terram præcipitata tamen.
 " Cumque foret morti jam jam vicina, resumptis
 " Viribus, ad modicum extulit illa caput.
 " Aspiciensque prope comites de morte gementes,
 " Brunettamque³ suam, talia dixit eis.

Planctus Bicornis.

" Quam gravis ista dies, quam sit memoranda⁴ mo-
 " dernis,
 " Casibus ex nostris discere⁵ quisque potest.
 " Nec mihi mors gravis est, quoniam, si vita superstes
 " Esset, adhuc gravior haec mihi morte foret.
 " Dulce mori miseris, mors est mihi mite levamen,
 " Morte nihil miseris mitius esse potest.
 " Non est mors oneri, sed plus conducit honori,
 " Cum mors est talis quod cavet⁶ ipsa⁷ malis.
 " Mors invita dabit requiem, quam vita negavit;⁸
 " Nil mihi morte perit, sed relevamen erit.
 " Exemplum multis vixi, moriorque futurum
 " Omnibus exemplum, non habitura modum.

¹ vespes, B.² Præcipita, A.³ Brunettamque, B.⁴ metuenda, P.⁵ Casibus et vestris carpere, P.⁶ venit, P.⁷ illa, B.⁸ negabit, B.*Confessio Bicornis.*

" Discite quam prope sit et quam vicina ruinae
 " Gloria mundana,¹ que ratione caret.
 " Impetus evertit quicquid fortuna ministrat
 " Prospera, nil stabile cui dedit ille² statum.
 " Discite quam nihil est, quicquid peritura voluptas
 " Possidet, et falso³ prædicat esse suum.
 " Nil proprium natura dedit, communia quæque
 " Instituit fieri, quo meliora forent.
 " Discite quæ nostræ fuerint discrimina caudæ,
 " Quodque necis causam contulit illa mihi.
 " Plura loqui voluit, sed lingua deficiente
 " Vix tantum⁴ potuit dicere, Bruna, vale!
 " Pastores igitur, ne fama periret in ævum,
 " Signarunt tali grammate busta loci:⁵

Epitaphium Bicornis.

" Quæ dum stulta fuit, doctos docuisse probatur,
 " Haec postquam sapuit,⁶ vermis escâ datur.

Reductio Galieni.

" Haec igitur, Burnelle, tibi quæ vidimus⁷ ipsi⁸
 " Diximus, exemplis ut docearis ab his.
 " Sufficiat quod habes; quoniam, si vera fatemur,
 " Stulta petis, salvo semper honore tuo.
 " Nec tamen id fieri quovis medicamine posse
 " Credideris; nihil est tutius ire domum.⁹

¹ discretus, B.² illa, P.³ false, P.⁴ tandem, P.⁵ loqui, P.⁶ sapuit, P.⁷ Haec, Burnelle, tibi modo quæ
nos vidimus, P.⁸ ipsa, B.⁹ nihil est, stultus es, esto domi,
B.

" Si quot habent medici spaciosi¹ climata mundi
 " Hæc tibi jurassent, nil nisi verba forent.
 " Non tamen id renuo quin possit² crescere multum
 " Hæc tua cauda tibi, sed nova nulla dari.
 " Fracta vel elisa medicorum cura reformat,
 " Funditus abscisa sic remanere solent.
 " Mortua cum vivis nulla ratione coherenter,
 " Cæsa nec³ abscisa cura juvare potest.
 " Unde satis longa poterit tua crescere cauda,
 " Dummodo cum reliqua foedera carne tenet.
 " En tamen⁴ in curis et sumptibus enumerandis,
 " Ut decet et debet, copia larga⁵ subest.
 " Ardua prægnantem poscunt medicamina bursam,⁶
 " Res et opes magnas vulnera magna volunt.

Consilium Galieni ironice.

" Nonne tibi satis est, unam si creverit ulnam
 " Longior⁷ ex tanto quam fuit ante tibi."
 Talibus auditis modicum subrisit asellus,
 Sic tamen audirent quod fora tota sonum.
 Cui Galienus ait: " Festinans perge Salernum,
 " Inde relaturus cura quod ista petit.
 " Perge, redique celer, noli tardare pedester,⁸
 " Quatuor his quintum si potes adde pedem.
 " Sumptibus ergo tibi nisi tu defeceras ipse,
 " Non tibi deficiet⁹ cura laborque meus.
 " Sumptibus insistas, nos artibus experiemur,
 " Si valeat¹⁰ nostræ quod valuere manus.
 " Accelerans igitur, usus duplomate,¹¹ longum
 " Abbreviabis iter, nam via longa nimis.

¹ spaciosa, P.

² id dico quin posset, P.

³ vel, P.

⁴ Si tamen, B.

⁵ longa, P.

⁶ possunt medicamina bursam, B.

⁷ Largior, P.

⁸ celer, noxixit differre paratis, B.

⁹ deficient, P.

¹⁰ valeant, B. P.

¹¹ diplomate, B.

" Pluribus es notus neconon dilectus amicis,
 " Qui tibi subvenient magnaque¹ dona dabunt.
 " Forsitan ex facili poterunt species reperiri,
 " Nec tamen ex facili credimus illa legi.
 " Vasa sed et tecum portabis idonea multa,
 " In quibus et referes² hic habitura locum.
 " Cura laborque simul solet exactissimus esse,
 " Ne male depereant lecta locare³ bene.
 " Cuncta locata bene, vasisque recondita dignis,
 " Tractari poterunt tutius⁴ atque geri.
 " Mentis hebes quamvis non sis, in pelle notabis,
 " Scribere nam nosti qua specie sit opus.

[Receptum quod dedit Galienus Burnello ad caudam
prolongandam.]

" Hæc sunt⁵ que referes variis signata sigillis,
 " Ne pereant objicit cura laborque tuus:
 " Marmoris arvinam, furni septemplicis umbram,
 " Quod peperit mulo mula subacta suo;
 " Anseris et milvi modicum de lacte recenti,
 " De lucis⁶ cursu, deque timore lupi;
 " De canis et leporis septenni foedere drachmam;
 " Oscula que niso misit alauda suo;
 " Pavonis propria⁷ libram de voce sonora,
 " Ante tamen cauda quam sit adepta sibi;
 " De noni contexta rubra⁸ sine flamine⁹ mappa,
 " Nam risus asini tu dabis ipse tibi;
 " Allecis¹⁰ vel apum croceo de spermate libram,
 " De ciroli¹¹ jecore, sanguine, sive pede;
 " Natalis Domini modicum de nocte salubri;
 " Quæ nimis est longa jure valebit ad hoc.

¹ pluraque, P.

² referas, B.

³ cuncta locata, P.

⁴ mitius, P.

⁵ lateris, P.

⁶ propriam, P.

⁷ jubam, P.

⁸ stamine, B. P.

⁹ Halecis, P. The reading of the
text is the medieval form of the
word.

¹⁰ gyroli, P.

" In reditu de monte Jovis, de vertice summo
 " Accipies¹ libras quatuor, asse minus.
 " Alpibus in mediis sancti de nocte Johannis,
 " De nive quæ cecidit tu simul² inde feras.
 " Serpentisque rubræ necnon de cauda³ colubræ ;⁴
 " Utilis est valde, nec tamen illud eme.
 " Haec bene collecta, pariterque recentia⁵ queque,
 " Impones humeris sarcinulisque tuis."

[*Responsio Burnelli.*]

Talia dicenti supplex respondit asellus,
 Poplite deflexo, vertice pronus humili:
 " Cuncta libens faciam, celer ibo, celerque revertar,
 " Nam mea res agitur, non aliena mihi.
 " Non ego⁶ tardus ad hoc, quamvis piger esse solebam,
 " Si dederit Dominus prospera cuncta⁷ mihi.

[*Petit Burnellus a Galieno benedictionem.*]

" En ego progredior, benedic mihi progredienti,
 " Ut mihi sit tota⁸ prospера, vita, via!"
 Mox idioma suum vertens Galienus, et orans,
 Subridensque⁹ parum, sic benedixit ei.

Benedictio¹⁰ Galieni data Burnello.

" Omnipotens odia¹¹ tibi mille det, et tua cauda
 " Obtineat per¹² se millia dena sibi!

¹ *Accipias*, P.

² *quod cecidit fac simul*, B.

³ *et cauda*, B.

⁴ *colubri*, P.

⁵ *sed et ista recentia*, B. *pariter*

recentia, A.

⁶ *Non ero*, P.

⁷ *prospera fata*, B.

⁸ *tuta*, P.

⁹ *Subridens parum*, P.

¹⁰ *Benedictio irrissa*, P. The latter word perhaps introduced by the editor of this printed text.

¹¹ *omina*, P.

¹² *pro*, P.

" Sit tibi potus aqua! sit magnus carduus esca!
 " Marmora stramenta, tegmina ros et aqua!
 " Grando, nives, pluviae, tecum comitantur ubique,
 " Protegat et noctu cana pruina, gelu!
 " Sæpius exosus veniat post terga molossus!"
 Oscula dando tamen, dixit asellus, Amen!
 Ingeminantis Amen vox est audita per urbem,
 Murmuriique¹ sonum percipit omne forum.

Qualiter Burnellus projectus est [versus Salernum pro speciebus].²

Festinans igitur, veniens in limine portæ
 Hæsit, et eliso corruit ipse pede.
 " Signa revertendi sunt haec," dixere propinqui;
 Riserunt alii; dixit et ipse sibi:—
 " Debole principium melior fortuna sequetur;
 " Restat iter longum, non remanebit ita.
 " Dura satis didici postquam sum fusus ab alvo,
 " Unde satis possum plurima dura pati.
 " Non est deliciis assueta vel ebrietati
 " Haec mea persona, quæ mala ferre solet.
 " Carduus et lappa constant mihi carior esca,
 " Sufficit ad potum nam pluvialis aqua.
 " In salsa mentis non est meditatio mentis,
 " In tenui victu corpora nostra vigent.
 " Sum piger et tardus,³ sed certe tardior essem
 " Si mea nonnunquam lauta diæta foret.
 " Sed neque qui debet sumptus impendere multos,
 " Expedit, ut crebro vina Falerna bibat.
 " Quid mihi cum vino?⁴ quo despiciunt sapientes,
 " Multaque contingunt quo mediante⁵ mala.

¹ *Murmurecumque*, P.

² The last four words of this rubric, here inclosed in brackets, are only found in P.

³ *tardus et piger*, P.

⁴ *de vino*, P.

⁵ *hoc mediante*, B.

" Hoc humeris non ventre suo gestare parentes
 " Consuevere mei; sit procul ergo merum!
 " Ergo gestabo sed non gustabo Lyæum,¹
 " Arripiat ne me cotidina febris.
 " Contra naturam vinum si forte bibissem,
 " Mox mihi quartanam gigneret aut scabiem.
 " Quatuor ex causis teneor vitare Lyæum,²
 " Quamvis sensus hebes exacuatur³ eo.
 " Sumptibus ut propriis parcam, ne febre laborem,
 " Et ne desipiam degeneremque simul.
 " Qui vitare malum poterit, nec vult, manifestum,
 " Plangendus minus est, si male cedat⁴ ei."

Qualiter Burnellus venit Salernum [orans].

Postquam bissenas confecerat ergo dietas,
 Ad quæ tendebat, moenia summa videt.
 Moxque⁵ genu flexo, sursum sua brachia tendens,
 Vota Deo supplex solvit, et orat ita:
 " Omnipotens Dominus⁶ meritis sancti Juliani
 " Det nobis veniam hospitiumque bonum!
 " Sit procul omne malum, pontes, portæque⁷ gemellæ,
 " Partibus in nostris quæ satis esse solent!
 " Rusticus aut saccus non inveniatur in urbe!
 " Absque molendino sit locus iste, precor!
 " Sint hebetes stimuli, surdi mutique molossi,
 " Sitque procil catuli vox inimica mihi!
 " Hospes ruricola mihi sit, cui semper abundet⁸
 " Carduus hirsutus et pluvialis aqua.
 " Sint species viles, sit et emptor rarus in urbe,
 " Quilibet existat venditor æris egens!

¹ *Lienam*, A.² *Falernum*, B. *Lienam*, A.³ *exacuetur*, B.⁴ *cedit*, B.⁵ *Mox genu*, P.⁶ *Deus*, P.⁷ *sportæque*, B.⁸ *abundat*, P.

" Sint merces multæ, sit multum cara moneta;
 " Sit tempus pluvidum, sitque lutos via.
 " Prospera sint cuncta, sint cuncta salubria nobis,
 " Ut nostrum citius expediatur iter."
 Talia commemorans, postquam pervenit in urbem,
 Se dedit hospitio, membraque fessa toro.
 Surgens mane forum¹ species empturus adivit,
 Quas non inveniens tristis abire parat.
 Quatuor ergo dies circumlustravit in urbe,
 Nec tamen invenit que cupiebat ibi.²

Qualiter Burnellus deceptus est a mercatore.

Talia quærentem mercator Londoniensis
 Vidit, et advertens quis fuit³ inquit ei,
 " Nuncius es, magnus, quisquis te miserit istuc;
 " Maxima namque petis et preciosa nimis.
 " Et sapiens et dives erat, quicunque ministrum
 " Huc ita te misit, res manifesta docet.
 " Nam facies vultusque tuus satis indicat unde
 " Veneris, aut quis sis, nec latuisse potes.⁴
 " Magnus es, et quamvis peregrini⁵ tectus amictu,
 " In propria patria non peregrinus eris.
 " O quam sollicita pro te domus est tua tota,
 " Proque tuo redditu vota precesque facit!⁶

[Responsio mercatoris Burnello data.]

" Anglia me genuit, Londonis⁶ civibus ortus,
 " Præsulis huc veni nuncius ipse mei.
 " Cui quia plus æquo nasum natura retraxit,
 " Institit arte malum posse levare suum.

¹ *mane fori*, B.² *Orbe quod in toto non fuit usque petens*, B.³ *quis foret*, B.⁴ *potest*, P.⁵ *peregrino*, B.⁶ So A. B. C. *Londonis*, P.

" Quatuor ergo viros partes transmisit ad istas.¹
 " Praesul, ob hanc causam conditione gravem.
 " Annus et annus abit ex quo pervenimus istac,²
 " Tresque viæ comites mors tulit una meos.
 " Hic teneo species³ quas, si fortuna dedisset
 " Posse referre domum maxima cura foret.
 " Quicquid in hac urbe venisti querere, totum
 " Signatum teneo depositumque domi.
 " Sumptibus assumptis, alieni debitor aeris
 " Arctor, et in patriam non licet ire meam.
 " Uror amore tamen patriæ, tantoque reverti
 " Anxius exopto quo magis ire vedor.
 " Litera certa mihi patris de funere venit,
 " Fama sed et dominum fingit obisse⁴ meum.
 " Vitrea vasa decem mihi sunt, et cuncta repleta⁵
 " His aliisque simul quæ tua charta⁶ notat.
 " Si precium dederis quo res mihi constitit ipsa,
 " Cras potes in patriam dives abire tuam.
 " Ulterius precio⁷ peregrinus de peregrino
 " Absit ut accipiam, rem tibi dando meam.
 " Hoc tamen excepto,⁸ quia te puto religiosum,
 " Ut liceat precibus participare tuis."

[*Hic fit contractus inter Burnellum et mercatorem.*]

Illico Burnellus precium numeravit,⁹ et illa
 Nugis vasa decem plena recepit ibi.
 Quoque magis fieret stabilis contractus, utrumque¹⁰
 Nomen vendentis¹¹ poscit, et ille refert.
 " Londoniis natus Gila¹² de matre, parentis
 " Nomine Truffator nuncupor ipse mei.

¹ in istas, B.

² istac, B. P.

³ Eminus hic species, B.

⁴ obesse, A.

⁵ sunt, texus are repleta, B.

⁶ tua cura, B.

⁷ precium, P.

⁸ accepto, B.

⁹ numerabat, P.

¹⁰ utrumque, P.

¹¹ venditoris, P.

¹² Grylla, P. Gyla, C.

" Bula¹ mihi soror est, multis notissima regnis;
 " Est et Truffa² mihi foedere juncta toro.³
 " Nec minus ipse tuum nomen mihi dicere dignum
 " Duxeris, ut memori mente tenere queam."

Inanis jactantia Burnelli [de sua nobilitate].⁴

" Nomen Burnellus mihi stat," respondit⁵ asellus,
 " Notus ubique satis nomine reque simul.
 " Principibus regni necnon et regibus ipsis
 " Servio, servili conditione carens.
 " Et pater et proavus regum de more ministri
 " Semper erant et erunt tempus in omne suum.⁶
 " Regis in obsequium successi jure paterno,
 " Indigit officio curia tota meo.
 " Obvius ipse mihi si rex quandoque feratur,
 " Cedit, et incedo rege ferente locum.
 " Est tamen una mihi multum contraria pestis,
 " Rusticus immitis, exitiale malum.
 " Semper enim stimulus gerit, aut nodosa flagella,
 " Aut graditur canibus cinctus utrumque latus.
 " Huic pater exosus meus extitit, atque parentes,
 " Deque meo genere quicquid in orbe fuit.
 " Principis et procerum mores satis approbo, quorum
 " Ritus, verba, jocus, dulcis amica, decent.⁷
 " Rex mihi dicit, Ave! per eum dum transeo; vœ!
 vœ!
 " Fructifer ingeminat rusticus, orbis onus.
 " Impetat hunc scabies, hunc cotidiana perurat,⁸
 " Ne possit vel eques ipse vel ire pedes.

¹ Gyla, C. and P.

² Triffa, C.

³ tori, B.

⁴ The words in brackets are found only in P.

⁵ Nomine Burnellus dico, respondit, B.

⁶ meum, P.

⁷ decens, B.

⁸ perurat, P., which omits the six following lines. The editor of this printed edition has evidently altered *perurat* to *perveruat*, to make it the verb to *ulcero*, the first word after the lacuna in his manuscript.

"Faucibus insideat mala gutta, caputque fatiget,
"Defluat et venter nocte dieque suus.
"Durus ei dominus longum succedat in ævum,
"Rixentur semper uxor et ipse simul.
"Hunc pedis a planta summotenus ore perurant
"Ulcera, quæ scateant vermbus atque lue.
"Hunc ego commando Sathanæ, de stercore cujus
"Dicitur esse satus, quod probat ipse satis.
"Hunc ego si possem totum delere per orbem,
"Nullus ei fieret urbe vel orbe locus."

Qualiter Burnellus redit.

His igitur¹ dictis, patrias Burnellus ad oras
Lætus et exultans mane redire parat.
Crastina lux aderat, Burnellus onustus ab urbe
Exit, et exsolvit vota precesque Deo.
Casibus in letis quam sit vicina ruina,
Et lapsus facilis nemo videre potest!
Jam prope Lugdunum veniens, callemque secutus,
Per sata transibat, nil meditando mali.
Quem² procul aspiciens quidam de Fratribus Albis,
Quorum vicinam contigit esse casam,

Qualiter Burnellus incidit in canes.

Quatuor immensos mordaci dente molossos
Immittens in eum, talia dixit ei.
"Per sata nostra via tibi non³ directa videtur,
"Num⁴ nimis arcta fuit publica strata tibi?
"Forsitan errasti, sed numquid⁵ quatuor isti
"Non poterunt rectam te docuisse viam?
"Per crepitas⁶ nostras, melior tibi torta platea
"Calle foret recto num nisi⁷ stultus ego.

¹ ergo, P.² Cum, P.³ nam, B. tibi via non, P.⁴ Nam, P.⁵ nunquam, B.⁶ Per crepidas, P.⁷ recta, sim nisi, B. Calle foret
reputo non nisi, P.

"Per sata nostra via quam sit directa docebo,
"Hi nisi deficiant quatuor ecce mihi."
Dixit, et instigans clamosa voce molossoe,
Undique correptum fecit inire fugam.
Serius hic, illi citius currendo retentum
Morsibus attractant præcipitantque soli.¹
Ante tamen morsu nimium Grimbaldus² iniquo
Arripiens caudam, dimidiarat eam.³
Funditus oblitus quidnam portaret, et illud,
Quod sua præcipue vitrea vasa forent,
Ex quo corripuit canis hunc, caudamque momordit,
Seque suumque simul⁴ præcipitavit onus.

Infortunium Burnelli.

Omnia vasa simul casu perierte sub uno;
Rem fragilem potuit frangere causa levis.
Parta labore gravi leviter cecidere, dolorem
Perpetuum domino parturiendo suo.
Illa remanserunt tantum quod nulla fuerunt;
Nil nisi vasorum fragmina sola manent.
In tenues aires⁵ substantia tota recessit,
Deperierte simul spesque laborque suus.
Hinc queritur caudam Grimbaldo dimidiataam;
Hinc dolet⁶ expensas deperiisse suas.
Anget utrumque malum, misero satis esset in unum,
Anxius ille gemit quem duo damna gravant.
An labor? an sumptus? an cauda recisa? dolori⁸
Debeat esse magis dinumerare nequit.
Nam labor est cassus, sumptus perierte, recisam
Nemo potest caudam restituisse sibi.

¹ solo, B. P.² Grimbaldus, B.³ This line ends a leaf in MS. B.,
after which several leaves of the
manuscript are lost.⁴ simulque suum, P.⁵ In tenues auras, P. A. B. and
C. agree in the reading aures.⁶ Hinc dolor, P.⁷ in uno, P.⁸ dolore, P.

Anxietas animi crescit, stimulata¹ dolore,
 Alternantque² vices hinc dolor, inde pudor.
 Plus tamen affligit pudor, hinc³ comitante dolore,
 Quam faceret solus absque pudore dolor.
 Totus in ore canum miser et miserabilis ille
 Volvitur, et soli vix sibi vita manet.
 Nec prius a misero se continuere molossi
 Donec Fromundus vix cohiberet eos.
 Frater Fromundus, fratum de more suorum,
 Non ferus, immo fera dissimulando diu;
 Ut solet illius gentis genus illud iniquum,
 Vix etiam tandem tendere cœpit eo.
 Non tamen accelerans, ni cum pulsatur ad ollam,
 Ut solet ad mensam ventre docente viam;
 Sed pede spondaico gressu gradiens asinino,
 Ut solet ad laudes nocte venire venit;
 Extendensque manum, dicto, benedicite! ha! ha!
 Dixit, et amovit⁴ corripuitque canes.

Responsio Burnelli [ad Fromundum.]

Cui Burnellus ait: "Nunquam sis tu⁵ benedictus,
 " Sed maledicaris tempus in omne tuum!
 " Num Benedictus ita docuit vos, in peregrinos
 " Instigare canes? Num⁶ Benedictus ita?
 " Hic est ordo novus; hæc nova regula, frater,
 " Observanda tibi, tradita jure novo.
 " Nunquid Cisterci canon fuit iste⁷ repertus?
 " Venit et hinc ad nos ordinis iste rigor?
 " Numquid in hoc anno qui convenere sub uno
 " Istud præceptum constituere patres?
 " Summi pontificis canibus vexare ministrum?
 " Nescio si vobis regula vestra jubet.

¹ simulata, P.

² Alternantque, P.

³ hunc, P.

⁴ admovit, P.

⁵ tu sis, P.

⁶ Non, P.

⁷ ipse, P.

" Nescio si vobis liceat morti dare quenquam,
 " Præcipue causa non præeunte necis.
 " Pontificis summi medicamina maxima portans
 " Huc ego perveni, nil meditando mali.
 " Per sata transivi fateor peregrinus, et hospes;
 " Quo tamen erravi callis apertus erat.
 " Semita magna fuit, quam rebar et esse plateam,
 " Tum quia lata nimis, tum quia trita satis.
 " Error inest facto, non præmeditata voluntas;
 " Si qua fuit culpa, non nisi parva fuit.
 " Culpa levis tanto non est¹ plectenda rigore;
 " Mitior in minimis debuit esse modus.
 " Quamvis culpa foret, etiam dignissima plecti,
 " Hoc plectenda modo non fuit illa² tamen.
 " Criminis ad pondus deberet poena rependi,
 " Major poena suo crimen crimen habet.
 " Summi pontificis ego nuncius atque minister
 " Pacificus veni, devia forte sequens.
 " Pontificis summi timor et reverentia vestrum
 " Debuit ex³ aliqua parte levare malum.
 " Quod tamen auxerunt; non est in partibus istis
 " Qui timeat Dominum pontificem suum.
 " Non mihi, sed Domino, gravis est injuria facta;
 " Nostram papa suam vindicet ipse Deus.⁴
 " In dominum papam transgressio facta redundat,
 " Laeditur et tanto curia tota malo.
 " Horrendum facinus, tam detestabile factum,
 " Tam gravis excessus⁵ nunquid inultus erit?
 " In domini pape contemptu tam manifesto
 " Roma nisi fuerit usa rigore suo,
 " Ut breve sit dedecus, longum sit decus amicis,⁶
 " Hostibus eveniant dedecus atque decus.

¹ non est tanto, P.

² ipsa, P.

³ Debuit in aliqua, P.

⁴ Noster papa suam vindicet ipse decus, P.

⁵ excessus, P.

⁶ longum decus est et amicis, P.

" Non erit ulterius quævis metuenda potestas,
 " Sed quod cuique¹ libet jure licebit ei.
 " In dominum nostrum papam dedecusque redundat,
 " Cætera sustineo vulnera solus ego.
 " Damnum marcarum plusquam duo millia constat,
 " Sumptibus exceptis, absque labore viae.
 " Quanti sit dedecus at nescio,² noverit ille
 " Ad quem spectat honor, spectat et istud onus.
 " Est dedecus magnum, sed summus præsul utrumque
 " Puniet ad libitum, criminis ulti^r erit.
 " Curia Romana, que dignis digna rependit,
 " Pro meritis dignis præmia digna dabit.
 " Causa gravis, gravior persona, gravissima damna
 " Esse patet, magnum singula pondus habent.
 " In dominum papam specialiter ista redundant,
 " Læsus et est graviter; vulnus utrumque patet.
 " Quod gravius dicet, citius leviusque remittet;
 " Quod levius, pena sub graviore cadet.
 " Læsus honor lacrimis poterit precibusque piari,
 " Ne nimis ulcisci se videatur in hoc.
 " Damna sed illius nulla ratione remittet;
 " Mitis erit, redimi sed patiatur ea.³
 " Dummodo solvendus⁴ fuerit Cistercius⁵ ordo,
 " Nil sibi de toto deperiisse potest.
 " Aut decimas solvant, et⁶ braccis lege perenni,
 " Quamvis inviti, posteriora tegent.⁷
 " Claustra nec exibunt, perdentque novalia passim,
 " Aut tria mercarum millia plena dabunt.
 " Sortem cum pena solvent tria milia plena,
 " Et nisi festinent solvere mille dabunt.
 " Sed quid erit de me? Quænam vindicta sequetur?
 " Qualiter ueliscar sic laceratus ego?

¹ cuiuslibet, A.² dedecus hoc, nescio, P.³ patiatur ea, P.⁴ solvendo, P.⁵ Cistercius, P.⁶ aut, P.⁷ tegunt, P.

" Papa quidem statuet ne quis de fratribus extra
 " Septa sui claustræ quolibet ire queat.
 " Quam si quis fuerit legem transgressus, eorum
 " Hæc tria perpetuo jure sequantur¹ eum.
 " Nunquam vina bibat,² nisi cruda legumina gustet,
 " Sitque gravis culpa pena perennis ei.
 " Hæc de jure poli faciet mihi papa libenter;
 " Sed de jure fori quid genus omne meum?³
 " Istud erit quod ego faciam statuisse per orbem,
 " Si fuerit tanto tempore vita comes.
 " Isto conversos, quos perversos magis esse
 " Constat, ut ex factis nomina certa trahant.
 " Ecclesiæ portam quisquis conspexerit extra,
 " Mox oculos dextros auferat atque pedes.
 " Et nisi campana collo dependeat una,
 " Mentula tollatur, quodque coheret ei.
 " Dentur eis braccæ, vinum tollatur in ævum,
 " Damnaturque⁴ caro, piscis, et ova simul.
 " Sufficiant cunctis duo cocta legumina tantum,
 " Vel potius cruda, sit nisi festa dies.
 " Hæc ego cuncta meos faciam stabilire parentes,
 " Ne sit in æternum res habitura modum.
 " Hæc etiam papa sic confirmabit in ævum,
 " Subscribetque suas curia tota notas."

Simulatio fratris Fromundi.

Talibus auditis, timuit Fromundus, et ultra
 Quam credi poterit obstupefactus ait:
 " Si sciat hæc abbas, nec eum res tanta latebit,
 " Culleus aut certe mors mihi certa manet.
 " Quis furor impegit canibus vexare ministrum
 " Pontificis summi? Non ita rebar ego.

¹ sequuntur, P.² bibet, P.³ malum, P.⁴ Damnaturque, P.

" Nunc opus est facto, sed et hoc¹ nimis accelerato
 " Nunc opus auxilio consilioque mihi.
 " Constat enim quod si vivens discesserit iste,
 " Res nulla poterit conditione tegi.
 " Blanditiis opus est multis insistere, donec
 " Una dies veniat quae sit ad istud opus.
 " Tollere de medio decet hunc, ne tota per ipsum
 " Gens pereat, nostra depereantque loca.
 " Sed nimis astute tantum scelus est faciendum;
 " Et procul a populo convenit istud agi.
 " Nam si fama loquax quicquam cognoverit inde,
 " Pejus erit multo quam fuit ante malum.
 " Plus etiam fratres mihi sunt quam fama timori,
 " Nam furor illorum nescit habere modum.
 " Fama potest aliquo saltem moderamine flecti,
 " Illos cum furiunt flectere nemo potest.
 " Fratribus atque foro par est committere quicquam,
 " Prodere² quod timeam, vel latuisse velim.
 " Una fori facies, fratum sunt mille, quid ergo?
 " Quod cupis occultum reddere nemo sciat.
 " Menstrua namque fides faciem cum tempore mutat;
 " Ne credas fidei, sit mihi fida tibi.³
 " Qui se multorum fidei committere curat,
 " Auguror hunc leviter posse carere fide.
 " Res erit arcana, quae sunt facienda seorsum
 " Nemo sciat; satis est ut solus ipse⁴ sciam.
 " Quid moror? accedam supplex, veniamque precabor,
 " Reddere promittam perdita quæque prius.
 " Accipiam stultum, socium simulabo fidelem,
 " Committet sese credulus ille⁵ mihi."
 Dixit, et accessit supplex, veniaque petita,
 Plus quam perdiderat reddere spondet ei.

¹ ad hoc, P.² Perdere, P.³ sit mea fida mihi, P.⁴ solus ut ipse, P.⁵ ipse, P.

Hospitiique mora longos relevare labores
 Obtulit, et molli membra fovere toro.
 Spondet opes, medicos, generalia festa, salubris
 Aeris accessum, quicquid et ipse velit.
 Nil deerit votis, simul et semel omne quod optat
 Accidet, accedat ipse videre locum.
 Nam prope Lugdunum Rodani conterminus¹ undis
 Est situs arboribus consitus² ille locus.
 Est alter Paradisus ibi, quia quicquid habere
 Mens humana cupit terra beata parat.
 Ipse loci dominus domui disponet, ut ejus
 Cederit³ arbitrio, nemo rebellis erit.
 Serviet ad nutum famulus, venietque vocatus,
 Quisque placebit ei, quisque sequetur eum.
 Ipse modum dicet sibi,⁴ quo servire clientes
 Hos velit aut illos,⁵ nemo resistet ei.
 Nec novus hospes erit,⁶ nec ut advena cras redi-
 turus,
 Sed quasi perpetuus civis in urbe sua.
 Postulat, adjurat, hortatur, et omnia spondet,
 Vimque facit precibus, voce manuque trahens.

Dissimulatio Burnelli.

Annuit ille libens, tamen hac sub conditione,
 Tollat ut e medio mors inopina canes;
 Comperiensque dolos Fromundi, dissimulare
 Rem studet, et risu⁷ palliat ore levi.
 Dixit et ipse⁸ sibi secum duo verba, nec illa
 Sic tamen audiret ut suus hospes ea.
 En aliud minans aliud meditatur asellus,
 Eventus varios dissona vota tenent.

¹ stat terminus, P.² consitus, A.³ Sedeat arbitrio, P.⁴ dicet sibi, P.⁵ Hos vocat et illos, P.⁶ eris, P.⁷ et risum, P.⁸ ille, P.

" Sæpe solet vitio virtus velocior¹ esse.
 " Prævenit et morbum cura diserta gravem.
 " Fraude cadunt fraudes, falluntur et artibus artes,
 " Obruiturque dolus præveniente dolo."
 Nec mora, Fromundus, correptis fuste² molossis,
 Disponit socium fallere fraude suum.³

[Quomodo Burnellus vindicat se de fraude Fromundi.]

Cumque super ripam Rodani⁴ graderetur asellus,
 Et prope Fromundus subsequeretur eum,
 Cernens Burnellus quantum foret aptus, inquis
 Saltibus et subitis mortibus ille locus,
 Impulsu subito summa de rupe rejectum
 Fromundum Rodani fecit ad ima vehi.
 Interceptus aquis mortem gustavit in undis;
 Lusus et est propriis artibus ipse prior.
 Tunc cecinit carmen resonum Burnellus, et altis
 Vocibus exultans, ora resolvit ita.

Canticum Burnelli [post præcipitationem Fromundi].⁵

" Cantemus, socii! festum celebremus, aselli!
 " Vocibus et votis organa nostra sonent.
 " Exultent asini, læti modulentur aselli;⁶
 " Laude sonent celebri tympana, sistra,⁷ chori!
 " Grimbaldus periit, sociique sui perierunt;⁸
 " Mors hostes rapuit quatuor una meos.
 " Fromundus cecidit, Rodani submersus in undis;
 " Lusus et est subito legibus ipse suis.

¹ *velociter*, P.

² *corruptis fuste*, P.

³ *sua*, P.

⁴ *Rodani ripam*, P.

⁵ The words in brackets are added in P.

⁶ This and the previous line are omitted in P.

⁷ *cistra*, A.

⁸ *periere*, P.

" Incidit in laqueos frater Fromundus iniquos,
 " Quos tamen ipse sibi texuit arte sua.
 " Quem voluit sapiens stultum delere scienter,
 " Stultus et ignorans præcipitavit eum.
 " Corruit in foveam præcepit Fromundus, in illam
 " Quem manibus propriis foderat ipse prius.
 " Ne via longa foret, saltu Fromundus in uno
 " Complevit cursum nescius ipse suum.
 " Saltus erat subitus, rupes præerupta deorsum,
 " Fluminis unda rapax, alveus absque vadis.
 " Quem¹ nunquam didicit saltum² docuisse probatur;
 " Non opus est alio, sufficit unus ei.
 " Exultet Rodanus celebri de laude triumphi!
 " Fromundus cecidit, florida psallat humus!"

[Sepultura fratris Fromundi.]

Mortuus est igitur³ postquam Fromundus, et undis
 Extractus, patrio sunt data membra solo.
 Cujus busta videns cum pertransiret asellus,
 Flevit, et inciso marmore scripsit ita.

Epitaphium fratris Fromundi.

" Fratribus exemplum frater Fromundus in ævum
 " Hunc titulum vivo cepit ab hoste suo;
 " Quem celer ac sapiens stultum tardumque putavit⁴
 " Fallere, præveniens ipse fecellit eum.
 " Sic tardus celarem, sic sic stultus sapientem
 " In saltu celeri desipuisse dedit.
 " Sic fraus fraude perit, sic ars deluditur arte,
 " Sic dolus et fraudes præmia digna ferunt.
 " Saltus Fromundi fratres memorentur⁵ iniqui,
 " Prosit ut a simili nota figura mali."

¹ *Quem*, P.

² *saltu*, P.

³ *ergo*, P.

⁴ *peraddat*, A., changed in the

margin by a little later hand to
parabol.

⁵ *memorantur*, P.

[*Burnellus cauda amissa de statu suo futuro
precogitat.*]

His igitur¹ gestis patrias Burnellus ad oras
Festinat celeri corpore, mente, pede.
Sed quia pauper erat, expensa deficiente,
Mendicando suum saepe retardat iter.
Sæpe suos casus secum memorando retractat,
Dixerat et dudum quid Galienus ei.
Quoque magis pensat propriæ² discrimina sortis,
Se magis accusat,³ sic sibi saepe loquens:

[*Locutio Burnelli seipsum redarguendo de inertia et
stultitia.*]

" Non sum Burnellus sapiens, sed iners, et asellus
" Semper, et in primis stultus, hebesque nimis.
" Stultus ego natus sum, stultus et ante creatus,
" Quamque diu fuero, non nisi stultus ero.
" Stultus et ipse pater mens, et stultissima mater,
" Dat natura mihi desipuisse mea.
" Quod natura dedit, quod tractu temporis hascit,
" Hæret, et est remanens, nec removetur idem.
" Vah! quis ego? quid ego?⁴ qualis? quantumque pudendus?⁵
" Si bene perpendam, nescio, quid sit ego?⁶
" En ego consumpsi pariter cum corpore sumptus,
" Cumque labore meo tempus et ipse meum.
" Jamque satis senui, nec adhuc nisi desipuisse
" Me fateor facto, res facit ipsa fidem.
" In sene sensus hebes multum solet esse pudori;
" Ni sensus sapiant,⁷ est pudor esse senem.

¹ ergo, P.

² propriae pensat, P.

³ excusat, P.

⁴ quid ego? quis ego?, P.

⁵ ponendus, P.

⁶ quis sim ego, P.

⁷ sapiat, P.

" Vertitur in risus juvenum delira senectus,
" Nec redimunt¹ damnum tempora lapsa suum,
" Quantumcunque senex sapiat, tamen ecce juventus
" Semper delirum somniant esse senem.
" Et si deliret² quisquam, pariterque senescat,³
" Judicio juvenum nil nisi stultus erit.
" Hoc habet innatum multis comitata senectus,
" Quo plus desipiat plus sapuisse putet.
" Nosse satis potui verbis vultuque magistri,
" Quam⁴ mea vota forent a ratione procul.
" Ha! quotiens voluit ea quæ nocitura putabat
" Dissuadere mihi, si lieuisset ei.
" Sed furor infelix et mens mea ecceca futuri
" Sprevit, et irrisit utile quodque magis.
" Et quid erit propriam cum mane revertar in urbem,⁵
" Non demutata⁶ conditione mea?
" Error posterior pejor quandoque priore
" Esse solet; vereor posteriora mea.
" Nonne revertentem præses populusque videbunt?
" Nonne meos casus curia tota sciet?
" Diceturque mihi, 'Qualis dices ab urbe,
" Ecce reversus adest, nil novitatis habens!'
" Ista quidem dici possent, si, quæ modo non est,
" Integra cauda foret ut fuit ante mihi.
" Ergo quid inspecto tanto discrimine dicent?
" Num poterunt risus continuisse suos?
" Ritus ero populis, risus totius et urbis,
" Risus erit magno cauda recisa foro.
" Si non ante fuit populi Burnellus in ore,
" Tunc erit, et digito quisque notabit eum.
" Quosque loqui prohibet claustrum censura, tacentes
" Clamabunt digito, cauda recisa fuit.

¹ redimunt, P.

² deliret, P.

³ senescit, P.

⁴ Quod, P.

⁵ ad urbem, P.

⁶ nondum mutata, P.

" Sicque loquax digitus redimendo silentia verbi¹
 " Monstrabit signis dedecus omne meum.
 " Si de tot vicibus posses, Burnelle, vel unam
 " Surripuisse tibi, quantus et ipse fores!

[*Burnellus proponit studere antequam redeat ad parentes.*]

" Est melius quod non redeam mutilatus in urbem,
 " Donec prisca tegam crimina sorte nova.
 " Corpus adhuc sanum superest, patiensque laborum,
 " Nondum centenus sum nisi fallar ego.
 " Sum levis et fortis, nec adhuc virtute solutus,
 " Sensus hebes studii exacuendus erit.
 " Pervigiles studii longa de nocte labores,
 " Et caput et corpus hoc bene ferre potest.
 " Restat et annorum numerus de jure legendus
 " Plurimus, usque patri comparer ipse meo.²
 " Non mihi virga gravis puerorum more nocebit;
 " A puero didici multa flagella pati.
 " Pes vagus a studii non me revocabit amore,
 " Qui magis accrescit ex gravitate mea.
 " Aetatis gravitas mihi de levitate cavebit,
 " Alleviabit onus consuetudo frequens.³
 " Nec pudor annorum, quamvis puerilia discam,
 " Jam coget senior deseruisse scholas.
 " Non timor⁴ impediet vel desperatio, cœptis
 " Quo minus insistam nocte dieque meis.
 " Utque nihil timeam, labor improbus omnia vincet,⁶
 " Et Deus audaces ipse juvare solet.

¹ *redimendo silentia verbis*, P.

² In P. these two lines are given thus :—

Plurimus annorum numerus de jure

legendus

*Restat, ut usque patri comparer
ipse meo.*

³ In P. the line is given thus :—
*Consuetudo frequens alleviabit
onus.*

⁴ *cogit*, P.

⁵ *Nos pudor*, P.

⁶ *vincit*, P.

" Parisius veniam, studioque vacando decenni
 " Artibus insistam; non remorabor iter.
 " Postea Boloniā¹ Domino ducente revertar,
 " Legales apices conciliare mihi.
 " Pagina divina neconon decreta laborum
 " Finis erunt, fuerit si mihi vita comes.
 " Sicque meum² nomen alio preeunte Magister
 " Burnellus dicar nomine reque simul.
 " Si quis Burnellum non addens forte Magistrum
 " Dixerit, ille mihi publicus hostis erit.
 " Nominis ergo mei fama preeunte celebri,
 " Subsequar orator publicus, absque pari.
 " Obvius adveniet populo comitante senatus;
 " Plebs ruet et dicet, 'Ecce Magister adest!'
 " Praesulsi et fratrum concors sententia, nostro
 " Se volet auxilio consilioque regi.
 " Illud erit stabile quod nos statuemus in urbe,
 " Verba sed et nostra³ legis ad instar erunt.
 " Quod minus in cauda, quod et aequo majus in aure,
 " Tunc fuerit, redimet nomen honore suo.
 " Majus erit lucrum nostrum quam damna fuerunt;
 " Gloria finalis criminis cuncta teget."⁴

*Qualiter Burnellus vadit Parisius, et de ejus comite
in via.⁵*

Talia dum replicat, comes est sociatus eunti,
 Parisius tendens sarcinulasque ferens.
 Cui Burnellus ait, dicto dedit oscula, querens
 Quis sit, et unde satus,⁶ quo citus ire velit.
 Ille refert, "Siculus ego sum, cupiensque doceri
 " Parisius propero; sit via tuta, precor!"

¹ *Coloniā*, P.

² *Sicque meum*, P.

³ *sed nostra*, P.

⁴ *nosta teget*, P.

⁵ In P. the rubric stands thus :

*Qualiter Brunellus vadens Parisius
invenit in via socium Gerhardum.
The MSS. have Arnaldus for Ger-
hardus. Arnaldus in C.*

⁶ *satus*, P.

Cui Burnellus ait, "Tria sunt communia nobis,
" Votum, causa, solum ; sit via quarta, peto."
Annuit Arnoldus,¹ socioque ferenda petenti
Capsas et libros tradidit ille suos.
Inde simul dextris sociali feedere junctis,
Parisius properant pectore, voce, pede.
Dumque² simul pergunt, socio Burnellus eunti
Quis sit et unde refert, quæ sibi causa vie,
Quos tulerit casus, quæ sit discrimina passus,
Qualiter acciderint illa vel illa sibi ;
Qualiter a patria primo discessit, et ad quid,
Consilium dederat quod Galienus ei ;
Brunettæ casus varios, causamque³ Bicornis,
Actibus expositis tempus utrumque notans ;
Qualiter accepit a Truffatore Salerni,
Londoniis orto,⁴ vitrea vasa decem ;
Qua ratione canes frater Fromundus in illum
Miserit, et quantum perdidit ipse miser ;
Inde canum mortem narrat, saltumque sequentem
Fratri Fromundi, judiciumque Dei.
Addidit et titulos bustali marmore scriptos,
Nunc quoque Parisius qua ratione petat.
Talia dicenti casusque suos memoranti,
Redditum Arnoldus⁵ talia dicta⁶ sibi.

Narratio Arnoldi de filio presbyteri et pullo gallinae.

" Quam variis vicibus humanæ res variantur,
" Non est res facilis dinumerasse⁷ mihi.
" Quam minima causa magnum discriminoriri
" Possit, ab effectu res manifesta docet.
" Contigit Apuliae, celebri res digna relatu,
" Tempore Willelmi principis hujus avi.

¹ Gerhardus, P.² Cunque, P.³ carmenque, P.⁴ Londoniis orto, P.⁵ Gerhardus, P.⁶ talia verba, P.⁷ di numerare, P.

" Presbyter urbanus quidam, digressus ab urbe
" Longius, agrestem coepit habere casam.
" Cui bene¹ temporibus cunctis sua rura colenti,²
" Multotiens segetum copia multa fuit.
" Fecerat et natos propria de conjugie, dici
" Conjur presbyteri si licet absque nota.
" Quorum Gundulfum quendam, quem vidimus ipsi,
" Cum puer esset adhuc, contigit esse domi.
" Cumque foret frugum custos patris, ostia servans,
" Consuevit virginem sepe tenere manu.
" Accidit³ ergo semel, pullis comitantibus ejus,
" Coppa quod intraret horrea,⁴ grana legens.
" Cumque suam matrem pulli sequerentur egentes,
" Ostia presserunt improbitate sua
" Quos puer elata virga quam forte tenebat
" Cädere præsumpsit atque fugare foras.
" Qui, quoniā turbatus erat, plus instituit aequo,
" Transgressus verbis verberibusque modum.
" Ira quid expediatur, dum non discernit, inique
" Plurima dispensat precipitando gradum.
" Sæpe levi jactu constat jactura perennis,
" Atque levi puncto pignora cara cadunt.
" Cumque puer virginem nimis exerceret in iram,
" Contigit ut pulli tibia fracta foret.
" Tibia fracta diu pullo pariterque parenti
" Tristitia causa non mediocris erat.
" Hinc dolor, hincque pudor, pullum stimulavit in
" iram,
" Ut cuperet puero reddere posse vicem.
" Tempore crescente caro consolidata recrevit,
" Obduxitque cutis vulnera veste nova.
" Osse diu fracta multum⁵ doluere dolore,
" Vulneris inflicti corde tenente notam.

¹ Cui dñm temporibus, P.² colebat, P.³ Contigit, P.⁴ cirrea, P. Perhaps a mere mis-print; *orrea* (for *horrea*) is the reading of all the manuscripts.
⁵ nimis, P.

" Vulneris exterius satis est obducta cicatrix;
 " Cruda sed interius vulnera corda tenent.
 " Jam proscripta diu, proprias remeavit ad oras
 " Tibia, sed facti mens memor exul agit.
 " Pes graditur recte, femur est sine vulnere sanum;
 " Nil sapit elisum, tibia sana coit.
 " Claudicat ast animus, pectus sine vulnere languet,
 " Cor queritur, mens est ulcere plena gravi.
 " Ultio suspensa, sine qua mens lesa quieti
 " Nil habet, expectat pervigil ante fores.
 " Nulla quies mentis lesae, nullumque levamen,
 " Nil nisi vindicta pectora lesa levat.¹
 " Non mergus stagnum, fugientem non lupus agnum,
 " Turba canum leporem, vel fera capta fugam;
 " Nec plus pisces aquam, nec ave plus nisus alaudam,
 " Quam mens vindictam lesa videre cupit.²
 " Sic quoque Gundulfi pullus cupiebat iniqui
 " Sumere vindictam, si locus esset ei.
 " Creverat in gallum sextum jam pullus in annum,
 " Fungens³ defuncti patris honore sui.
 " Creverat et multum⁴ jam jam Gundulfus in altum,
 " Jamque suo patri substituendus erat.
 " Jam nihil obstabat, jam nil deerat, nisi solus
 " Ordo sacerdotis nuper habendus ei.
 " Presul enim victus precibus meritisque beati
 " Rufini vota censuit esse rata,
 " Constituitque diem quo sanctificatio tanta
 " Debuit impendi more, modoque⁵ loci.
 " Sabbata Natalem Domini praeuentia festum
 " Terminus est positus,⁶ urbs Tarabella⁷ locus.
 " Gundulfum provehi cupiunt gaudentque parentes,
 " Jamque parant festis munera digna suis.

¹ levat, P.² citum in the text of A., corrected
to cupit. situm, i. cupit, C.³ Corrected to functus in the
margin in A.⁴ Creverat in multum, P.⁵ locoque, P.⁶ est punctus, P.⁷ Carabella, P.

" Ante diem festum generalia festa parentes¹
 " Ut faciant, veniunt convenientque simul.
 " Aula patet eunctis, onerant cibaria mensas,
 " Indulgentque nimis potibus atque cibis.
 " Bacchus adest festo, patulo diffusus in auro,²
 " Exhilarans populum sanctificansque locum.
 " Nox aderat, qua³ mane citus Gundulfus ad urbem⁴
 " Profecturus erat, sanctificandus ibi.
 " Ad gallicantus primos iter arripiendum
 " Esse volunt, aberat nam locus ille procul.
 " Mandatur famulis tempus, prescribitur hora,
 " Qua profecturus mane citandus erit;⁵
 " Seilicet ut studeant cantus audire priores
 " Quos dederit gallus nuncius ante diem.
 " Sufficietque⁶ satis si tunc surrexerit ille,
 " Nam nox longa nimis, nec grave restat iter.
 " Gallus ut hæc verba vigili percepit in aure,
 " Gaudet, et exultat pectore, voce tacens.
 " Tanta quidem super his fuit exultatio cordis,
 " Ora quod a laude vix cohære potest.
 " Quodque praesoptabat multum differre tacendo,
 " Vocibus explosis accelerare parat.
 " Quam dolor excludit immutant⁷ gaudia vocem,
 " Hæc sua plectra monent, hic reticere jubet.⁸
 " Inter utrumque manens, neutri consentit, utroque
 " Vincitur, et vincit, voce tacente tamen.
 " Jam nox tota fere fuerat consumpta bibendo,
 " Cum jam fessa mero dant sua membra toro.
 " Tempora nocturna, studio delusa bibentum,
 " Nec bene distincta, præteriere cito.
 " Nec mora potatum potuit noctem remorari,
 " Quin non consueta lege ligaret eos.

¹ This line is omitted in P.² patulo diffusus in auro, P.³ cum, P.⁴ in urbem, P.⁵ erat, P.⁶ Efficeretque, P.⁷ immutant, P.⁸ hac reticere jubet, P.

" Affuit interea cantandi temporis hora,
 " Sed cantor vocem supprimit¹ atque sonum.
 " Vox silet, et cantor, potus² siluere ministri,
 " Pocula, nox, somnus quos vigilare vetant.
 " Admiransque diu gallina silentia galli,
 " Et quod ab officio cederet ipse suo,
 " Leviter accedens sponso, sugessit in aure,³
 " Quod jam transissent tempus et hora simul.
 " Qui respondit ita, 'Noli vexare, quiesce !'
 " ' Semper eris stulta ; stulta, recede, precor !
 " ' Vae cui stulta comes sociali foedere nupsit !
 " ' Non erit illius absque dolore torus.'
 " Nec minus illa tamen, nimis importuna, marito
 " Institit, ut noctis tempora certa notet.
 " Ille sed e contra tentans cohibere loquacem,
 " Porrigit inde preces, intonat inde minas.
 " Illa tamen jurat, nisi tanta silentia solvat
 " Ille, quod illa canet, concutietque domum ;
 " Impatiensque morse, raucas de gutture voces
 " Profert, quaque potest voce sonare sonat.
 " Qua tamen audita, quidam respondit eidem,
 " Desine, Coppa, precor, nam nihil est quod agis.
 " Quamvis gallina nocturno tempore cantet,⁴
 " ' Non ideo citius lux oriunda venit.'
 " Nox⁵ ruit interea, domus ebrietate profunda
 " Tota sepulta jacet, dormit et ipse vigil.
 " Omnia somnus iners operit, Gundulfus et ipse
 " Dormit, et in somnis somnia grata videt.

¹ subripit, P.² foti, P.³ in aures, P.⁴ cantat, P.⁵ Mer, A.*Somnium Gundolfi.*

" Ordine suscepto jam se putat esse reversum,
 " Indutusque sacris jam celebrare parat.¹
 " Cantorisque videt niveo sub tegmine gallum
 " Obtinuisse vices, atque tenere chorum.
 " Introitus missæ, quem gallus voce sonora
 " Omnibus invitis intulit, iste fuit :
 " ' Omnia que, domine,² nobis fecisse videris,
 " ' Judicio justo facta fuisse liquet.'
 " Cumque³ calix magnus vinoque repletus, adesset,
 " Hausit, et a fundo viscera tota tulit.
 " Cumque calix saperet, absorptus et ipse fuisset,
 " Caetera perfecit ordine cuncta suo.
 " Sed finem missæ, cum cantor debuit, ' Ite,'
 " Dicere, conticuit, signa nec ulla dedit.
 " Talibus obstupuit visis Gundulfus, et altis
 " Vocibus exclamans,⁴ ' Est,' ait, 'estne dies ?'
 " Cui respondentes famuli dixere, volenti
 " Surgere, ' Sustineas, tempus adesse tuum.
 " Nondum cantavit gallus, qui tempora noctis⁵
 " ' Novit et assignat singula voce sua.
 " Quamvis vellemus furari tempora, nobis
 " Invitis, gallus significaret ea.
 " Novit enim melius quam nos discrimina noctis,
 " Pars quota transierit, pars quota restat adhuc.
 " Commitamus ei surgentes tempora noctis,
 " Qui non dormitat sit vigil ille tuus.⁶
 " ' Nox est longa nimis, superest pars maxima⁷ nobis ;
 " Verte latus, dormi, non breve tempus habes.

¹ The lacuna in MS. B. ends here.² dñe, P.³ Cum calix, A.; but the reading of the text is that of B. and P.⁴ exclamat, P.⁵ nobis, P., in which the two in-

termediate lines are omitted, and the next pentameter is given as depending on this hexameter.

⁶ This and the preceding line are taken from B.⁷ plurima, B.

" Nox hiemalis enim tribus est perlonga diebus,
 " " Nec sub¹ momento dissiluisse potest.
 " Nos vigiles erimus, gallo mediante fideli,
 " " Qui quamvis vellet subticuisse nequit.
 " Gallus ad haec tacite gallinae dixit in aure,²
 " " Obses ego vobis nec fidejussor ero.
 " Ut poterit,³ fiat, lex est, quam tessera⁴ dictat;
 " " Qui jacet, hic jaceat, qui bibit, ille bibat.⁵
 " Dum loqueretur ita, clarum jam mane fenestras
 " Intrat, et ad rimas lux manifesta ruit.
 " Jam Phœbus radios toto diffuderat orbe,
 " Jamque bobus junctis vergit arator humum.
 " Gundulfus surgens, et palmis pectora tundens,
 " " En,⁶ ait, en mallem mortuus esse modo!
 " Et nimis accelerans, strato femoralia linquens,
 " Protinus ad stabulum sternere currit equum.
 " Frenum cum sella transacta nocte bubulci
 " Transtulerant, solito nec fuit illa loco.
 " Insilit ille⁷ tamen, frenum redimente capistro,
 " Nec reddit⁸ ad patrem qui⁹ benedicat ei.
 " Fortiter elius¹⁰ cursu dum transvolat urbem,
 " Corruit in terram, largus¹¹ aberrat equus.
 " Institit ergo pedes, sed cum pervenit in urbem,
 " Ordinibus factis, senior hora fuit.
 " Omnibus expletis praesul secesserat aris,
 " Nec locus exstabat, nec fuit hora super.¹²
 " Lectio tota fuit perfecta, legensque Tu autem,
 " Dixerat, et pueri vox resonarat Amen.
 " Quid faceret Gundulfus ad hæc,¹³ medicina dolori
 " Restabat nulla quam¹⁴ remeare domum.

¹ Nec ab, P.² in aurem, P.³ poterat, P.⁴ thessara, A. B.⁵ Qui jacet ille bibat, qui bibit ille

Iaut, B.

⁶ inde, P.⁷ cedit, P. Hoc rediit, C.⁸ quo, B.⁹ elius, B.¹⁰ lapsus, B.¹¹ These two lines are omitted in P.¹² hoc, P.¹³ tinea restabat quam, B.

" Ergo domum propere tristis, multumque¹ pudore
 " Confusus, rediit,² flensque gemensque satis.
 " Hinc pater, inde parens, cum tota prole parentum,
 " Gundulfum plangunt pectore, voce, manu.
 " Confusi redeunt qui convenere parentes,
 " In lacrimas etenim gaudia versa vident.
 " Arguit hic vigiles, causatur et ille bibentes,
 " Impetit hic gallum, damnat et ille merum.
 " Talibus auditis, nido gallina relicto
 " Exiit, et gallo talia verba refert.

Querimonia gallina.

" Gundulfus noster redit frustratus ab urbe,
 " Tristis, et in lacrimas totus abire parat.
 " Et pater, et genetrix, fratres,³ miserisque sorores
 " In lacrimas abeunt; omnia⁴ luctus habent.
 " Quamvis Gundulfus laqueo suspensus obisset,⁵
 " Non possent ejus funera flere magis.
 " Imponuntque tibi culpam discriminis hujus,
 " Sis quasi totius causa caputque mali."

Sententia galli.

" Talia dicenti gallus respondit, Iniquam
 " Non puto, sed dignam, pro vice dare⁷ vicem.
 " Pullus eram quondam, Gundulfo percutiente,
 " Tibia fracta fuit, ipse recordor adhuc.
 " Materiam prior ipse mibi causamque doloris
 " Intulit, indicio tibia fracta manet.
 " Ipse prior risit, dum vulnera nostra dolerent,
 " Nunc ego derisum rideo lege pari.
 " Sic variat fortuna vices, sic gaudia luctus
 " Occupat, excelsa sic cecidisse solent.

¹ properat tristis, multoque, B.² rediens, B.³ frater, P.⁴ talia, P.⁵ habet, B. and P.⁶ obisset, P.⁷ pro vice reddo, B.

" Exoptata diu dulcis medicina dolorum,¹
 " Sero licet veniat, grata venire solet.
 " Nunquam sera² venit morbi medicina cruentii,
 " Quolibet antidoto dummodo curet eum.
 " Quae venit ex facili, nullo praeeunte labore,³
 " Ultio delicti, dulcior illa venit.
 " Laetus ab hoste meo vitor sine caede⁴ triumpho,
 " Ultus et est animus ore tacente meo.
 " Bella gerant⁵ alii, sint nostra silentia nobis,
 " Voce tubisque tonent,⁶ nos tacuisse juvat.
 " Quo levius nobis cessit vitoria belli,
 " Victoris tanto gloria major erit.
 " Non opus est armis, ubi vox suppressa triumphat;
 " Qui bene dissimulat et tacet, ille sapit.
 " Hostibus ergo meis lacrimæ pro sanguine stillent,
 " Vulneris obtineant ira dolorque vicem.⁷
 " Vulnus enim cordis dolor est, graviusque perurit
 " Intima quam gladius exteriora secat.
 " Exterioris enim levis est medicina doloris,
 " Sed vix aut nunquam saucia corda vigent.
 " Serius admittit animus solatia Iesus,
 " Quam medicinales saucia membra manus.
 " Vix ea fatus erat gallus, cum morte soluti
 " Cesserunt pariter hinc pater, inde parens.
 " Mox, patre defuncto, patris est Gundulfus ab æde
 " Pulsus, et exterius tradita tota domus.
 " Gundulfusque miser, pauper, mendicus, et omni
 " Auxilio vacuus, cessit ab urbe procul.
 " Mansit apud multos tamen hoc memorabile factum,
 " Hocque patres natis sepe referre solent.
 " Ut memores facti sic se moderentur ubique,
 " Ne de post facto⁸ poenituisse queant."

¹ doloris, P.
² sero, P.
³ dolore, P.
⁴ sum, cedo, P.

⁵ gerant, P.
⁶ canant, P.
⁷ vices, B.
⁸ Ne dein post factum, P.

Qualiter Burnellus venit Parisius, et quid fecerit ibi.¹

" Talia cum² pariter gradientes plura referrent,
 Parisius veniunt,³ hospitiumque petunt.
 Corpora fessa quies recreat, tenuisqua diete
 Damna recompensat⁴ mensa calixque frequens.
 Ossa, cutem, nervos, que vel labor aut via longa
 Quassarat, reflovent balnea, cura, quies.
 Burnellusque sibi minuit crinesque totundit,
 Induit et tunica se meliore sua,
 Pexus et ablutus, tandem progressus in urbem
 Intrat in ecclesiam, vota precesque facit.
 Inde scholas adiens, secum deliberat utrum
 Expediant potius ista vel illa sibi.
 Et quia subtiles sensu considerat Anglos,
 Pluribus ex causis se sociavit eis.
 Moribus egregii, verbo vultuque venusti,
 Ingenio pollent, consilioque vigent.
 Dona pluunt populis, et detestantur avaris,⁵
 Fercula multiplicant, et sine lege bibunt.
 Wessail et dringail,⁶ necnon persona secunda,
 Haec tria sunt vitia que comitantur eos.⁷
 His tribus exceptis, nihil est quod in his reprehendas;
 Haec tria si tollas, cetera cuncta placent.
 Nec tamen haec ita⁸ sunt semper reprobanda, quod
 illis
 Esse locus nequeat tempore sive loco.
 Nam duo præcipue sunt exclusiva dolorum,⁹
 Lætitiaeque vias insinuare solent.

¹ The rubric in P. is, *Qualiter Bruxellus venit Parisius cum Gerardo comite suo.*

² iam, B.
³ subeunt, B.
⁴ recompensant, P.

⁵ avaros, B. P.
⁶ Wessayl cum dringayl, B.
Wessayl et drinkayl, C.
⁷ eis, B.
⁸ haec tria, B.
⁹ doloris, P.

Tertia res cohibet, quo¹ dicitur esse referta
 Gallia fermentum ne² nocuisse queat.
 Hinc comes Angligenis³ prudens desiderat esse,
 Possit ut illorum conditione frui.
 Est in eis etiam quiddam, nam publica⁴ fama
 Somniat adjungi cur magis optet eos.
 Si de convictu mores formantur eisdem,
 Cur nihil accrescat si comes esse queat?
 Si quid eis praeter sortem natura ministrat,
 Ante retrove⁵ bonum cur nihil inde ferat?
 Accelerans igitur studio, studiosis⁶ adhaesit,
 Ut discat lepide grammaticaque loqui.
 Sed quia sensus hebes, cervix praedura, magistri
 Dogmata non recipit, cura labore perit.
 Jam pertransierat Burnellus tempora multa,
 Et prope completus septimus annus erat,
 Cum nihil ex toto quocunque, docente magistro
 Aut socio, potuit dicere⁷ praeter ya.⁸
 Quod natura dedit, quod secum detulit illuc,⁹
 Hoc habet, hoc illo nemo tulisse potest.
 Cura magistrorum multumque diu laborabat,¹⁰
 Demum defecit, victa labore gravi.
 Dorso se baculus, lateri se virga frequenter
 Applicat, et ferulam sustinuere manus.
 Semper ya⁸ repetit, nihil est quod dicere possit,
 Affectus quovis verbere, praeter ya.⁸
 Vellicat hic aurem, nasum quatit ille recurvum,¹¹
 Executit hic dentes, perforat ille cutem.
 Hic secat, hic urit, hinc solvitur, inde ligatur,
 Intonat iste minas, porrigit ille preces.

¹ que, P.² *Huic comes angelicus*, P.³ quedam seu publica, B. quod-dam cum publica, P. cum p., C.⁴ Anteve retro, P.⁵ studiosus, B. and P.⁶ adhaeret, P.⁷ dicere, B.⁸ iha, B. praeter A.B., P.⁹ illuc, B.¹⁰ duque laborans, B. dix studi-

isset, P.

¹¹ retortum, B.

Sic in eo certant ars et natura vicissim,
 Ars rogat, illa jubet, haec abit, illa manet.
 Quorum principia constant vitiosa fuisse,
 Aut vix aut nunquam convaluisse valent.
 A puero didicit Burnellus ya;¹ nihil² ultra
 Quam quod natura dat retinere potest.
 Quod fuit innatum servat natura, quod artis
 Sic abit, ut vento pulvis abire solet.
 Perdidit expansas, periitque labor, sed et omne³
 Quod fuit impensum conditione pari.
 Spes quoque deperiit cande superinstituenda,⁴
 Sentit⁵ et Anglorum carmina⁶ falsa fore.

*Confessio*⁷ Burnelli præ angustia, [et quomodo reprehendit se, cum nihil profecit].⁸

Ergo recordatus tandem Burnellus inepta⁹
 Damna juventutis, se reprehendit ita:
 " Heu mihi! quod vixi,¹⁰ quis me furor egit, ut istas
 " Aggrederer partes Parisiique scholas?
 " Quid mihi cum studio, cunctoque labore petito?
 " Nonne satis potuit esse Cremona¹¹ mihi?
 " Alpibus emensis¹² et post mea terga relictis,
 " Stultus in extremis partibus orbis¹³ agor.
 " Ut quid¹⁴ in has partes patriaque domoque relictis,
 " Trans Rodanum veni, regna videre nova?
 " Quæ mihi cura fuit per tanta pericula mortis
 " Cernere Francigenas Parisiique scholas;
 " Nosse vel Angligenas¹⁵ largos, Gallosque¹⁶ tenaces,
 " Hos calices, illos multiplicare minas.

¹ iha, B. hia, nil ultra, C. A.B., P.² nil, P.³ labor omnis, et omne, B.⁴ canda superinicienda, B.⁵ Sentit, B.⁶ crimina, B. C.⁷ Confusio, P.⁸ The words within brackets are found only in P.⁹ inepta, B.¹⁰ quid vixi, B. C.¹¹ esse ruina, B.¹² immensis, P.¹³ partibus ager agor, P.¹⁴ Væ! quid, P.¹⁵ Angligenos, P.¹⁶ Gallosse, B.

" Appulus *huc* *veni*, sed *Gallicus* *ecce revertor*;¹
 " *Burnellusque tamen qui fuit ante manet*.
 " *Hic nihil addidici, modicumque quod ante*² *sciebam*
 " *Hic ego me totum dedidicisse scio*.
 " *Gallica verba duo tantum retinere loquique*
 " *Si possem, certe gratia magna foret*.
 " *Quod si forte tria, vel multum quatuor*,³ *essem*
 " *Par Jovis, aut major crederer esse Jove*;
 " *Italiam facerem tanto trepidare timore*,
 " *Quod mihi rex ipse certa tributa daret*.
 " *Tunc ego Parisius in vanum non adivissem*,
 " *Si subjecta foret sic mea*⁴ *terra mihi*.
 " *Non modo vadit ita; longo*⁵ *mea stamina Pareae*⁶
 " *Venerunt*⁷ *aliter quam mea vota forent*.
 " *Dura mihi certe multum, sed fata*⁸ *fuerunt*,
 " *Quae mala multa mihi nilque dedere boni*.⁹
 " *Quod satis appetet, quia toto pejor in orbe*
 " *Non est conditio conditione mea*.
 " *Sensus hebes mens est et saxo*¹⁰ *durior omni*,
 " *Durius hoc pectus est adamante meum*.
 " *Cor, caput, et cerebrum sunt ponderis atqui metalli*
 " *Eiusdem, plumbo nam graviora magis*.
 " *Ferrea crura mihi, latus est quasi lamina ferri*,¹¹
 " *Non est in toto corpore vena meo*.¹²
 " *Aenea ceu*¹³ *pelvis cutis est mea, quae tamen ictus*
 " *Excipit*¹⁴ *incassum, nam*¹⁵ *nihil inde dolet*.
 " *Non ego verberibus, non*¹⁶ *per maledicta, perire*
 " *Possum, malleolis vix puto posse mori*.

¹ *revertar*, P.² *modicum quod ante*, C. *modicum quod et ante*, P.³ *tria scirem vel quatuor*, P.⁴ *sua*, P.⁵ *longe*, P.⁶ *fama parte*, B.⁷ *Verterunt*, P.⁸ *mea fata*, B. *Cura mihi certe multa, sed fata*, P.⁹ *loqui*, P.¹⁰ *hebes mens est, mens saxo*, P.¹¹ *lassina mihi*, P.¹² *vena puto*, B.¹³ *seu pellis*, B. *seu*, A., with "ceu, i. sicut" written over it in a nearly contemporary hand.¹⁴ *Accipit*, P.¹⁵ *nunc*, P.¹⁶ *nisi*, P.

" *Cur mea me mater maledicto*¹ *fudit ab alvo*?
 " *Cur gladio jugulum non dedit ipsa meum?*
 " *Tristis abortivum si me peperisset, in ævum*
 " *Quam fortunata quamque beata foret!*
 " *Cur lupus esuriens partes non venit in illas,*
 " *Tolleret et*² *partum dum tener esset adhuc?*
 " *Cur mea me mater primis devovit in annis,*
 " *Atque venire citum*³ *sepe rogavit eum?*
 " *Huic ego*⁴ *pro certo non solum preda futurus*,⁵
 " *Esca sed et rapidis auguror esse lupis.*
 " *Nam celer eventus, si fas est credere famæ,*
 " *Maternis precibus semper adesse solet.*

Somnium Burnelli.

" *Quoque magis moveor, me certa pericula terrent,*
 " *Præterita nocte somnia visa mihi.*
 " *Nam pater et mater Domino pro me prece fusa*
 " *Orabant, et in hæc verba fuere preces.*
 " *Esto, Deus, nobis clemens*,⁶ *et ab ore luporum*
 " *Eripe Burnellum, facque redire domum.*
 " *Sanus et incolumis patrias peregrinus ad oras*
 " *Burnellus redeat, liber ab ore lupi.*
 " *Non leo, non*⁷ *pardus, nec peste nocentior omni*
 " *Rusticus obeistat vel dominetur ei.*
 " *Transeat immunis per compita queque viarum,*
 " *Olfactu caret bestia queque suo.*
 " *Sit canis elinguis, catulo non pareat*⁸ *auris;*
 " *Currere ne possit sit mala gutta lupo.*
 " *Quem quia nos*⁹ *aliis plus formidamus, ab ipso*
 " *Protege Burnellum, facque redire domum.*
 " *Unde*¹⁰ *per antiphrasim quia somnia sepe resolvi*
 " *Consuevere, magis mens mea visa timet.*

¹ *maledicta*, P.² *Tolleret ut*, P.³ *casum*, P.⁴ *Hinc ego*, P.⁵ *futuris*, P.⁶ *clemens nobis*, P.⁷ *ne*, P.⁸ *calleat*, B. *pateat*, P.⁹ *non aliis*, A.¹⁰ *Visa per*, P.

" Qualia cernuntur nocturno somnia visu,
 " Talia non debent mane sequente sequi.
 " Sed vice conversa sunt exponenda vicissim,
 " Atque per antiphrasim somnia, crede mihi.
 " Si bona vidisti,¹ tunc aspera multa sequentur;
 " Si mala, non dubites prospera multa sequi.
 " Sic mea consuevit exponere somnia mater,
 " Sicut erat prudens atque diserta nimis.
 " Mater ob hanc causam item cum patre frequenter
 " Instituit, super his plurima verba serens.
 " Ipse tamen matri semper contraria sensit,
 " Et sua dicebat dogmata falsa fore.
 " Utpote qui fuerat astrorum lege peritus,
 " A puerō doctus signa notare poli.

Sententia Burnelli de [se] faciendo episcopo.²

" Sed quodcunque³ mei super his sensere parentes,
 " Mens mea tota tremit, plena timore novo.
 " Cur tamen hoc timeam? cum non sint⁴ jure
 " timenda.
 " Quae nequeunt alio stare vel ire modo.
 " Fata, nec id dubito, quicquid statuere⁵ futurum
 " Eveniet; contra nemo venire potest.
 " Rebus in humanis seu decrevere futurum
 " Fata, quod⁶ eveniat semper oportet ita.
 " Nemo sui fati vel devitare tenorem
 " Vel mutare⁷ potest; ergo nec ipse mei.
 " Et tamen ignoro quae sunt mea fata futura,
 " Prospera vel dura, seu mala sive bona.⁸
 " Pontificem forsan me constituere futurum,
 " Inque mea patria sedis honore frui.

¹ vidistis, B.

² de faciendo se episcopum, P.

³ Et quodcunque, P.

⁴ sunt, P.

⁵ sed quid statuere, P.

⁶ quid, P.

⁷ vitare, B.

⁸ vel bona sive mala, P.

" Nam miranda solent magis his contingere mundo,
 " Quam mihi contingat pontificale decus.
 " Et si contingat me pontificalibus uti,
 " Quo poterit capitris mitra sedere loco?
 " Auribus erectis, ceu¹ mos est pontificalis,
 " Nullus erit mitræ de ratione locus.
 " Presul in mitra non est sua tota potestas,
 " Quamvis officii signa sacra gerat.
 " Inter eos igitur non est discretio mitræ,
 " Immo potestatis quæ comitatur eam.
 " Mitra caput nostrum sine munere pontificali
 " Nulla deaurabit, auxiliante Deo.
 " Mitra nec³ ascendet caput hoc, neque cornua sumam,
 " Si non affuerit quod solet inde sequi.
 " Cætera cum desint quæ sunt comitantia mitræ,
 " Quid juvat hac sterili conditione frui?
 " Plenus presul ero, quia pontificalibus uti
 " Nolo velut mulus, sed volo sicut equus.
 " Annulus abbatis et mitra⁴ sophistica semper
 " Sit⁵ procul a nobis, et decus absque Deo!
 " Abbatum steriles mitras, quas nulla sequuntur
 " Chrismatis officia, non probo, sintque procul.
 " Gignere cum nequeat, sua sic genitalia gestat⁶
 " Mulus, et est sterilis tempus in omne suum.
 " Cum rem non habeant, sua sic insignia portant
 " Hi, qui nomen habent, officioque carent.
 " Absit ut ascendam,⁷ vel talia cornua sumam,
 " Qualia sumpserunt ille vel ille sibi.
 " Integer et plene totus volo pontificari,
 " Ut non sit⁸ sine re nomen habere rei.
 " Nomen habent sine re qui sic sibi cornua sumunt,
 " Et nihil ulterius exhibuisse valent.

¹ seu, B.

² Inter eos ergo non est distinctio mitræ, P.

³ Mitra non, P.

⁴ Mulus et abbatis mitra, P.

⁵ Sic, P.

⁶ mulus Gestat, B.

⁷ gestant, P.

⁸ ostendam, P.

⁹ Et non sic sine, B.

" Absit ut hoc faciam, vel sic mihi cornua sumam,
 " Cornua multiplici premutilata modo.
 " Auribus esse meis contentus¹ malo duabus,
 " Quam duo sic nasci cornua posse mihi.
 " In quibus excellunt, quoniam patiuntur eclipsim.
 " Mulus et abbates sunt in honore pares.
 " Abbatis tantum capiti valet infula quantum
 " Testiculos mulo pendere quisque velit.²
 " Qui ne pontifices fiant, sunt³ apocopati,
 " Ne sint abbates syncopa mitra facit:
 " Nomen habent sine re,⁴ insignia monstrua portant,⁵
 " In quibus effectus nominis omnis abest.
 " Non ita Burnellus capiet sibi nomen honoris;
 " Non sinet imponi cornua vana⁶ sibi.
 " Munus ab obsequio, vel lingua præambula voci,⁷
 " Aut immunda manus non maculabit eum.
 " Non erit intrusus, foedo cum Symone foedus
 " Non paciscetur, præmia nulla dabit.
 " Sed neque promittet, quia nunquam cauteriatam
 " Mentem, sed sanam præsalis esse debet.⁸
 " Non prece, nec precio, sed nec terrore potentum,
 " Burnello veniet pontificale decus.
 " Ingrediar simplex et sana mente; sin autem
 " Præsal in æternum non ero, crede mihi.
 " Ordino legitimo gradiar, cleroque vocante⁹
 " Ingrediar, ne quis me reprobare queat.
 " Ne, postquam fuero tanto donatus honori,¹⁰
 " Dicere quis possit,¹¹ improperando mihi:
 " Sic ascendisti, sic es promotus, et a me,
 " Sic es et ingressus, pastor, ovile tuum.

¹ *contemptus*, B.² These two lines are omitted in A.³ *sic*, B. *Qui nunc pontifices fiant, sunt*, P.⁴ *Re sine nomen habent*, B.⁵ *portant insignia monstrua*, P.⁶ *imponi monstrua membra*, B.⁷ *voti*, B.⁸ *debet*, B. P.⁹ *vacante*, P.¹⁰ *honore*, B.¹¹ *posset*, P.

" Ut præsal fieres, pepigisti talia nobis;
 " Esto memor verbi, cur facis haec, vel ita?
 " Pontificis vita liber est, quem jure legendum
 " Sumere quisque sibi debet, eamque¹ sequi.
 " Pontificis mores cleris populusque fidelis
 " Debet in exemplum semper habere sibi.
 " Nil in eo vitii vel non virtutis haberi
 " Concede, ut forma sit gregis ipse sui.
 " Non leviter liget, aut solvat, quæcumque² potestas
 " Fit preciosa³ nimis, ex levitate⁴ sui,
 " Simplex, non duplex, blandus, non blasus, honori,
 " Non oneri, studeat civibus esse suis.
 " Qui sua largiri debet, non hunc aliena
 " Quolibet obtentu diripuisse deceat.
 " Nam nisi⁵ sit simplex oculus mentis, tenebrosum
 " Totum corpus erit, totaque vita sequens.
 " Si⁶ quod habet mundus totus virtutis, in unum
 " Pontificem veniat, vix reor esse satis.
 " Quique tenetur ad hoc sit ut omnibus et via dux-
 " que,⁷
 " Nil ergo vitii debet⁸ adesse sibi.
 " Non odium vel amor hebetent rationis acumen,
 " Non oculum cordis fixa nebulosa tegat.
 " Non caro, non sanguis, que sunt facienda revelet
 " Primum pontifici, Spiritus immo Dei.
 " Nil faciat⁹ quod amor carnis vel suaserit ira,¹⁰
 " Haec quia præcipitat, ille trahendo ligat.
 " Sit baculus claudio, sit caeco lumen, egenti
 " Copia, spes lapso, consiliumque reo.

¹ *exque*, P.² *quæcumque* in the MSS., corrected in the margin of A. to *quæcumque*.³ *Sit preciosa*, C.⁴ *de levitate*, B. *minus ex levitate*, P. Altered to *minus* in the margin of A.⁵ *Nisi nisi*, P.⁶ *Et quod*, P.⁷ *omnibus omnia factus*, B.⁸ *Quidam virtutis debet*, B.⁹ *faciet*, P.¹⁰ *quod carnis amor vel sanguinis opat*, B. *vel suaserit ira*, P. In A. *suaderit* in the text is altered to *suaserit* in the margin.

" Et veniant ad¹ eum dolor et gemitus viduarum,
 " Pauperis et lacrimam judicet esse suam.
 " Causa pupillorum sua sit, sibi credit ademptum
 " Quod non abstulerit pauper ab aede sua.
 " Non inopem spernat, vultum venerando potentum;²
 " Est hominis faciem cernere, corda Dei.
 " Non sit³ captator famæ popularis ineptæ,
 " Non studeat mundo sed placuisse Deo.
 " Namque quid est aliud quam ventus et aura recedens
 " Laus populi, celebris fama, favorque brevis?
 " Quid juvat, ad famam populi sibi conciliendam;⁴
 " Tollere pauperibus divitibusque dare?
 " De lacrimis inopum ventrem satiare potentum,
 " Nescio quem laudis debet habere locum.
 " Sanius est famam, dum non de jure laborat,
 " Spernere, quam redimi conditione gravi.
 " Multi dum laudes hominum venerantur ad horam,
 " Infames fieri promeruere diu.
 " Ad laudes hominum nimias sibi conciliandas,
 " Qui nimis aspirat, non sapienter⁵ agit.

Stulta gloriatio Burnelli.⁶

" Ergo cum fuero praesul promotus in urbe,
 " In toto mundo par mihi nullus erit.
 " Obvius exibit populus mihi totus ab urbe;⁷
 " Dicet et obstipo vertice, 'Præsul, ave!'
 " Quid mea tunc mater, cum me benedicere cleruni
 " Viderit et populum, dicere quæso potest?
 " Exhilarata diem, tempus, benedicet et horam,
 " Qua peperit natum me benedicta suum.
 " Et pater ille⁸ meus quanto gaudebit honore,
 " Cum Dominum dicent pontificisque patrem?

¹ Introcant ad, B.

² multam venerando potentem, P.

³ sis, P.

⁴ conciliandas, P. Both A. and B. have conciliandam.

⁵ insipienter, B.

⁶ P. adds to this rubric, de seipso.

⁷ in urbe, P.

⁸ ipse, B.

Reversio¹ Burnelli in se.

" Forsitan emeritos patrem matremque videre
 " Rusticus accedit, excutietque caput,
 " Dicit et occulto,² quoniam versutior usque
 " Ad mare non poterit esse repertus eo:
 " Magna puer vidi, sed adhuc majora videbo,
 " Si fuero sospes et mihi vita comes.
 " Tempora Burnelli modo sunt; quandoque fuerunt
 " Alterius, vicis³ est non habuisse vicem.
 " Pontificis tanti nunc tempora sunt⁴ in honore,
 " Quæ prius⁵ alterius conditionis erant.
 " Ejus et ipsa parens, quæ nunc communia spernit,
 " Auguror, assuetum prona subibit onus.
 " Deferet et saccum pater ejus, ut ante solebat,
 " Desinet at dici præsulis esse pater.
 " Plurima multotiens quæ vidimus atque videmus
 " Sustineamus adhuc, nec moveamur in his.

Narratio Burnelli de ingratitudine præpositi civitatis.

" Est quoque, quod timeo, quoniam de jure timere
 " Debeo, nam modicum quid nocuisse potest.⁶
 " Urbis præpositorus, fuerit nisi forte coactus,
 " Non me suscipiet, congrua causa subest.
 " Namque meo patri saccum summamque farinæ
 " Surripuit furto, res bene nota⁷ fuit.
 " Rumor erat celebris, vicinia tota sciebat,
 " Urbs est tota mihi testis, et ipse Deus.

¹ Responsio, P.

² occulit, P.

³ Alteriusque vicis est habuisse, B.
Alterius vicis, P.

⁴ Præcente defuncto modo plures sunt, B.

⁵ tunc, B.

⁶ P., which omits the rubric just given, inserts a different rubric after this line, *Cogitut etiam de præposito civitatis quid sibi acciderit.*

⁷ nota, P.

" Condixer¹ sibi nostri genitoris² in aulam
 " Tres pariter fures,³ tertius ille fuit.
 " Nequierer, et noctu⁴ venientes, tollere plura
 " Proposuere sibi⁵ si licuisset eis,
 " Primus equum tulit, alter ovem, tulit ille farinam,
 " Qui modo præpositus extat in urbe sua.
 " Egressique domum, cum jam remeare pararent,
 " Certantes subita dissiluisse⁶ fuga;
 " Nescio, sive pedum strepitu casuve molossi
 " Exciti⁷ veniunt præpediuntque viam.
 " Acceleransque pater prævenit eos, et in arcta
 " Vincula conjecit compedibusque dedit.
 " Mane quidem facto, cives venere vocati,
 " Hique quibus fuerant⁸ tradita jura fori.
 " Carcere producti⁹ manibus pedibusque solutis
 " Stabant, quisque suum turpe tenebat onus.
 " Quos timor exsangues, quos et pudor ipse parentum
 " Fecerat elingues immemoresque sui.
 " Insistendo¹⁰ diu tandem coopere fateri,
 " Quos tamen ante satis constitit esse reos.
 " Crimina confessos, populus decrevit iniquos
 " In cruce suspendi, quam meruere sibi.
 " Tota nocte cruces famuli funesque parabant,
 " Debuit et mane quisque subire suam.
 " Cum¹¹ mihi quæ mecum miseratio crevit ab alvo
 " Suggessit, miseris ut misererer eis;
 " Non tamen oblitus vulgi memorable verbum,
 " Quod solet ex tali conditione sequi,
 " Inter mille viros erit ille nocentior hostis,
 " Quem te constiterit subripuisse cruci.

¹ Condixer, P.² janitoris, P.³ cives, B.⁴ nocte, P.⁵ Si licuisset eis, proposuere sibi,

P.

⁶ dissilisse, P.⁷ Extitit, venient, P.⁸ Hi quibus et fuerant, P.⁹ perducti, P.¹⁰ Inficiando, B.¹¹ Tum, B.

" Sed tamen his sumptis¹ tandem miseratio mentem
 " Vincit, et evicit me pietatis amor.
 " Clavibus ergo patris clam sumptis, clamque relatis,
 " Rem grandem feci, quamque recordor adhuc.
 " Carceris e fundo fures de nocte, solutis
 " Compedibus, solus et sine teste tuli.
 " Nam si forte nefas tantum sciretur in urbe,
 " Protinus inficta debita pena foret.
 " Sicque recedentes nostro mediante labore,
 " Evasere simul verbera, verba, cruce.
 " Quosque meis humeris, ne forsitan alter adesset
 " Conscius, exposui trans vada, transque vias.
 " Tres simul, atque semel, ne quis remaneret eorum
 " Impositos humeris longius ipse tuli.
 " Nec, postquam ferre didici mala pondera, pondus
 " Me memini tale tamque tulisse grave.
 " Quisque sati per se fuerat grave pondus, in unum
 " Quanto collecti plus nocuere mihi.
 " Annis quingentis si vixero, ponderis hujus
 " Prae gravitate mihi corpore pejor ero.
 " Ponderis illius, quia me tulit inde deorsum,
 " Quin memor existam noa erit ulla dies.
 " Malo tamen miseros nostro servasse labore,
 " Quam non servatos exposuisse cruci.
 " Cumque vale facerent, et fletibus ora rigarent,
 " Talia prostrati vix valuere loqui.
 " Ecce tui, domine Burnelle, per omnia servi
 " Hic et² in æternum tres sumus ecce tui.
 " Tu dare nos poteris, tu vendere, tuque vocare,
 " Quo tibi cumque placet, et veniemus eo.
 " Tu tribus his miseris veniam vitamque³ dedisti,
 " Sed data non nostra sed tua semper erit.
 " Nostrum quisque tibi servus remanebit in ævum,
 " Tempore nec quovis desinet esse tuus.

¹ spretis, B. P.² Nunc et, P.³ vitam veniamque, P.

" Jure tuus debet servus certissimus¹ esse,
 " Quem tu salvasti carcere, fune, cruce.
 " Quemque tuis humeris dignatus es ipse magister
 " Et dominus ferre, non erit ille tuus?
 " Absit ut ille tuus non sit, qui nec suus esse
 " Posset in aeternum, si tibi velle foret.
 " Et si vita comes fuerit, nos retribuemus
 " Hac tibi condignam pro vice jure vicem.
 " Quam bene reddemus tanti benefacta laboris,
 " Si dominus dederit posse referre vicem.²
 " Detque Deus nobis tempusque locumque, nec ante
 " Quam tibi reddamus, det potuisse³ mori.
 " Ista satis memini, quoniam dixere, ruentes
 " Saepius in terram, 'Tres sumus ecce tui!'
 " Neve nefas patri populoque pateret et urbi,
 " His ita dilapsis, mox ego vincla tuli.
 " Et mea culpa, miser, nec non mea⁴ maxima culpa,
 " Coelitus, asserui, singula rupta fore.
 " Quodque Dei sanctus veniens Leonardus, eorum
 " Vineula solvisset, quodque tulisset ea.
 " Hinc ergo nam vereor,⁵ ne vulgi verba secundum
 " Praepositus reddat facta priora mihi.
 " Proque bonis satagat mala reddere, meque prioris
 " Ob causam meriti, nolit habere parem.⁶
 " Non desperarem super his, nec jure timerem,
 " Concius admissi criminis ipse sui.⁷
 " Inrita si misero generosi sanguinis illi
 " Naturae studio stilla vel una foret.
 " Nam solet hoc proprium generosi sanguinis esse,
 " Condignam meritis reddere velle vicem.
 " Contra naturam niti moresque caninos,
 " Quam sit difficile dicere nemo potest.

¹ debet tuus iamo tuissimus, B.² These two lines, not in A. or P., are given from B.³ reddamus, te potuisse, P.⁴ culpa miser et mea, B.⁵ Hinc igitur vereor, B. Hinc

ergo vereor, P.

⁶ patrem, B.⁷ fui, P.

" Stigmata naturae servilis conditionis
 " Tollere nec medicus nec medicina potest.
 " Semper ab effectu qua sit natura, vel unde
 " Venerit? ostendit,¹ nec latuisse potest."

[Discessus Burnelli a civitate Parisiensi.]

Talia Burnellus secum meditatus, ab urbe
 Parisius statuit mane referre pedem.
 Ergo vale facto sociis et flentibus illis
 Omnibus, exit, abit, acceleratque gradum.
 Montis in ascensu positus, post terga relictam
 Parisium cernens, obstupescens ait:
 " Sancta Maria, Deus, crux Christi, me benedic!
 " Hac in valle situs quis locus esse potest?
 " Haec est Roma, puto, magnis circumdata muris!
 " Urbs ita turrita quid nisi Roma foret?
 " Atque quid esse potest aliud quam Mons Jovis iste?
 " Sancta Maria Deus! est ita Roma prope?
 " Urbs, in qua studui, cuius modo nomen ab ore
 " Fugit, et a corde? Vae mihi! qualis ego?²
 " Ergo domum repetens, patri matrice roganti
 " Quoniam³ profitear me studuisse loco.
 " Me forte trahant, me nil didicisse, parentes
 " Dicent, et sumptus deperiisse suos.
 " Ergo revertar ego, nomen quod nescio discam,
 " Ne rudis in patria praedicer esse mea.
 " Non nihil illud erit, cum nomina certe⁴ locorum
 " Dixero, configens⁵ me tenuisse scholas.
 " Et si nesciero⁶ vel nomina sola referre,
 " Quicquid ego dicam credere nemo volet."

¹ ascendit, P.² qualis erat? B.³ modo, P.⁴ certa, P.⁵ confirmans, B.⁶ nescirem, P.

De silentio Burnelli.

Talia dicenti, jam jamque redire volenti,
 Rusticus adveniens obvius, inquit ei:
 " Parisius quæ causa tibi, Burnelle, petenti?¹
 " An docuisse venis? an didicisse tibi?"
 Nomine Parisius statim Burnellus adepto,
 Vertit iter, retinens nomen in ore suo.
 Quod ne perdat item casu, studiove² loquendi,
 Accidat ut rursum sicut et ante sibi,
 Nil omnino loqui statuit ter quinque diebus
 Excepto solo nomine Parisius.
 Quicquid contingat, quicunque salutet³ euntem,
 Nil respondebit, sed quasi mutus erit.

Qualiter Burnellus violavit silentium suum.

Contigit interea quod, cum completa fuisset
 Religione sub hac jam duodena dies,
 Quidam Romipeta peregrinus ab urbe vicina⁴
 Alpibus in mediis se sociavit ei,
 Accedensque prope dixit: "Reverende magister,
 " Sit Dominus tecum! sit tibi mane bonum!
 " Prospera tota dies succedat, vespere clarum,⁵
 " Hospitium gratum, noxque quieta tibi!"
 Sed Burnellus adhuc, indicta silentia servans,
 Nil respondit ei, verba nec ulla dedit;
 Sed tamen inclinat supplex, verboque salutis
 Nutibus et signis annuit, ore tacens.
 Hospitium subiere simul, quo fessa diurno
 Membra labore suo nocte dedere toro.
 Cumque Pater Noster peregrinus in ore frequenter
 Volveret, exorans sollicitansque Deum,

¹ Parisium quæ causa fuit, Bur-
 nelle, petendi? B. Parisios, Bru-
 nelle, tibi quæ causa petenti? P.
² studioque, P.

³ salutat, P.
⁴ Vienna, B.
⁵ vespere claro, P.

Evigilans Burnellus ait: "Solum quod habebam
 " Verbum subripuit¹ vox peregrina mihi.
 " Syllaba consimilis verbi totiens repetiti
 " Nomen subripuit urbis ubi studui.²
 " Quique Pater Noster totiens iteravit eodem,³
 " Me nimis intentum reddidit ille sibi.
 " Perque suum simile verbum peregrinus inique
 " Me supplantavit, et mea verba tulit.
 " Sanius est, memini, socialia foedera rumpi,
 " Quam cum collega foedus inisse malo.
 " Hoc satis ante mihi, damni præsaga futuri,
 " Mens mea prædicta, vera propheta nimis.
 " Verbum pro verbo, proprium mutans alieno,
 " Destruo, septenni parta labore gravi.
 " Verbum quod peperi⁴ nostrum,⁵ verbo peregrini
 " Par fuit in parte principioque sui.
 " Finis erat dispar, quod si meminisse valerem,
 " Me satis inferior Jupiter ille⁶ foret.
 " Centum vel mille solidos si dives haberem,
 " Vellem sub tali conditione dare.⁷
 " Nominis amissi vix syllaba prima remansit,
 " Quod superest reliquum desiit esse meum.

Consolatio Burnelli [ad seipsum].

" Est aliquid melius quam nil tenuisse, tenebo,
 " Quæ⁸ superest tantum syllaba prima mihi.
 " Partem pro toto ponи docuere diserti,
 " Dummodo remaneat,⁹ sufficit una mihi.
 " Nec totum superest, ubi pars est una recisa,
 " Nec totum periit, parte manente sui.

¹ subripuit, A.

² Surripuit verbum quod fuit ante
 meum, B.

³ iteravit in ore, P.
 quod periit, B.

⁵ minimus, P.

⁶ ipse, B.

⁷ dari, B.

⁸ Quod superest, B.

⁹ Dummodo sic maneat, B.

" Priestat de toto partem retinere vel unam,
 " Qualemunque talem,¹ quam reticere mihi.²
 " Plures non poteram forsan retinere, sed unam,
 " Pluribus elapsis, hanc retinebo bene.
 " Artibus ex septem si syllaba sola supersit,
 " Hoc mihi non nihil est, nec reor esse parum.
 " Et quia multotiens errare scientia multos
 " Fecit, et inflatos prestitit esse graves.³
 " Litera ne lapsum pariatque scientia damnum,
 " Sufficit una mihi syllaba, nolo magis.
 " Tædia nonnunquam generosa scientia gignit,
 " Et faciunt apices moribus esse graves.
 " Saepius in paucis melius natura⁴ ministrat,
 " Exerit et vires fortius ipsa suas.
 " Contenti paucis studiis, brevitate juvantur,
 " Opprimit et sensum sollicitudo frequens.
 " Scire quidem multa, nisi sit bene scire, scienti,
 " Ut verum fatear, non honor est, sed onus.
 " Paucula⁵ de multis multi rapuere scientes,
 " Ni videantur in his omnibus esse suis.
 " Est quoque scire labor, et est⁶ etiam retinere;
 " Est didicisse labor,⁷ est docuisse labor.
 " Quoque magis moveor, quia⁸ nulla scientia mortem
 " Qualibet arte sua dedocuisse potest.
 " Nonne timor mortis toto dominatur in orbe?
 " Omnibus et solis istud inesse solet.
 " Omnia lance pari, paribusque et omnibus,⁹ uno
 " Pondere distribuit dura sed æqua nimis.
 " Hanc ego non possum nisi prætimuisse¹⁰ futuram,
 " Ex improviso ne mihi dicat, Abi."¹¹

¹ tamen quam, B. and P.² retinere nihil, B.³ esse magis, B.⁴ in paucis rebus natura, P.⁵ Paulula, B.⁶ Est didicisse labor, labor est, B.

P.

⁷ Est quoque scire labor, B. P.⁸ quod, P.⁹ partitur et omnibus, B. peribet

et c., C.

¹⁰ possem non, B. possem non præ-

tinuisse, P.

¹¹ Obi, P.

Compunctio Burnelli [ad intrandum religionem, sed nullam invenit convenientem].¹

" Hinc ego disposui me tradere religioni,
 " Ut valeat salvus spiritus esse meus.
 " Utque senex redimam juvenalia tempora, vitam
 " Fas est ut satagam corripuisse meam.
 " Et² superest modicum vitæ, ne tota deorsum
 " Defluat, hoc opto clandere fine bono.
 " Est melius sero quam nunquam poenituisse,
 " Quem pudet erroris poenituisse decet.
 " Et si mane fuit vel tota dies nebulosa,
 " Obscurum redimat vespera clara diem.
 " Quod male dispersit incircumspecta juventus,
 " Ens³ in flore suo prodiga facta sui.
 " Damna juventutis redimens annosa senectus,
 " Colligat in fructu floribus usa suis.
 " Spes fuit in flore, sed flos defloruit, a spe
 " Spes cecidit, fructu deficiente bono.⁴
 " Spes abiit floris,⁵ spes una novissima fructus
 " Dum superest, aliquid utilitatis agat.
 " De re tam certa nil morte latentius ipsa,
 " Omnes ipsa latet, omnibus ipsa patet.
 " Rebus in humanis mors est res publica nobis,
 " In qua quisque vicem proprietatis habet.
 " Si qua tamen propria res est, vel publica, morte
 " Nulla magis propria, publica nulla magis.
 " Ergo quid hic facio? nisi quod deservio⁶ mundo;
 " Mors mihi eras dicet: 'En ego! surge, veni.'
 " Nil igitur superest, nisi tantum religioni
 " Me conferre, procul sit, precor, ergo mora!

¹ The words within brackets are given from P.² Quod superest, P.³ Ejus, P.⁴ suo, B.⁵ florū, P.⁶ facio, quorsum deservio, B.

Sententia Burnelli de diversis religionibus existentibus.¹

“ Sed quia diverse species sunt religionis,
 “ Nescio præcipue quæ sit habenda mihi.
 “ Si cruce signatus² rubea me confero templo,
 “ Trans mare me mittent solvere vota Deo.
 “ Servus ero, servum facient procul esse seorsum,³
 “ Serviet et forsitan in regione Tyri.
 “ Non tamén ibo pedes, sed equo, qui pastus avena
 “ Crassus, et ad calces sit tener atque levis.
 “ Quique pedem servans, et fractis gressibus errans,
 “ Molliter incedat, regula nostra jubet.
 “ Scandere trottantem prohibet quoque regula, nolo
 “ Quod per me careat ordo rigore suo.
 “ Ingrediar miles ne⁴ candida pallia desint,
 “ Sed tunc⁵ ad bellum non redditurus eo.
 “ De cute corrigiam nostram Saladinus⁶ habebit,
 “ Et comedet carnes bestia saeva meas.
 “ Incircumcisi gladius mea viscera fundet,
 “ Detracto corio cætera tradet⁷ humo.

De Hospitalariis [alba cruce signatis].⁸

“ Rursum⁹ si fuero crucis Hospitalarius¹⁰ albee,
 “ Ad Libanum mittar, ligna referre domum.
 “ Cum lacrimis pergam, scutica cædente trimordi,¹¹
 “ Et venter vacuus et profinellus erit.¹²

¹ This rubric is given two lines above, in the same words, in P. It is given here as follows in B.: *Interpretatio Burnelli de diversis ordinibus.*

² signatus, P.

³ B. has here the rubric, *Ordo Templariorum.*

⁴ Ingredior miles nec, P.

⁵ Sed tamen, P.

⁶ Saladinus, A. nostrum Solda-nus, P.

⁷ tradat, P.

⁸ The words within brackets are from P. In B. the rubric is, *Ordo sancti Johannis Jerusalem.*

⁹ Rursum, P.

¹⁰ Hospitalarius, B.

¹¹ trimordi, B. remordi, P.

¹² profinellus, C. et quasi vellus erit, P.

“ Multa licet subeant mihi, nil de jure licebit,
 “ Praeter mentiri magnificando domum.
 “ Et si transgressus fuero semel, atque secundo,
 “ ‘ Vade foras,’ dicent, diripientque crucem.

De Nigris Monachis.¹

“ Esse Niger Monachus si forte velim Cluniaci,
 “ Ova fabasque nigras cum sale sepe dabunt.
 “ Surgere me facient² media de nocte, volentem
 “ Amplius in calido membra fovere toro.
 “ Quodque magis nolle, vellent me psallere sursum,³
 “ Et geminare meos in diapente tonos.
 “ Vox est rauca nimis, quamvis sit et ipsa sonora,
 “ Pectus et obstrusum⁴ tussis anhela gravat.
 “ Psallere si nolim, facient me ferre lucernam,
 “ Debita reddentes præmia mane mihi.
 “ Multotiens carnes et pinguis sepe vorare⁵
 “ In feria sexta sepe licebit eis.⁶
 “ Pelicias portant, et plura recondita servant,
 “ Quae non sunt sociis omnia nota suis.
 “ Sed neque sunt dominis abbatibus omnia nota,
 “ Quamvis vel cupiant præcipiantque satis.
 “ Quod si contingat stabilita silentia solvi,
 “ Corripiant verbis verberibusque simul.
 “ Et si percutiām, vino stimulante vel ira,
 “ Me gravibus culpis careeribusque dabunt.
 “ Qui nisi claustrali multumque diuque laborarem⁷
 “ Expertis⁸ tribuunt exteriora loca.
 “ Non amor abbatis ibi, nec cognatio quævis,
 “ Contra claustrales obtinuisse potest.

¹ B. has the rubric, *Ordo Cluniaci.*

² facerent, B.

³ pellent me surgere sursum, P.

⁴ obscurum, P.

⁵ vorare, B.

⁶ In feria quarta non licet illud ibi, B.

⁷ diuque labore, B. diuque stude-
nti, P.

⁸ Experto, P.

" Ordinis aut morum¹ nunquam dispendia quisquam
 " Fratribus ex nigris sustinuisse valet.²
 " Non commodant, vel³ emunt sua prædia, vel priora-
 " tus;
 " Omnia sed gratis distribuuntur ibi.⁴
 " Cellarum numerus quem damno dedecorique
 " Esse putant, multis commoda multa parit.⁵
 " Si quam⁶ de membris nebulam contingit oriri,
 " Hanc caput absorbet⁷ nobilitate sua.
 " Quamque semel culpam vindex sententia punit,
 " Ulterius cuiquam non licet inde loqui.⁸

De Albis Monachis.⁹

" Si fuero Monachus Albus, generalia dura
 " Hi pulmenta duo, sed bene cocta, dabunt.
 " Hoc odiunt, quod ego sine fine¹⁰ fideliter odi,
 " Seilicet ut prope se rusticus arva colat.
 " Agrorum cupidi, nunquam metas sibi ponи
 " Vicinis vellent pestis iniqua suis.
 " Lac et lana greges ovium pecorumque ministrant,¹¹
 " Quod satis est, quamvis nil satis esse putent.
 " Paucis contenti, non cessant querere magna,
 " Et eum possideant omnia, semper egent.
 " Otia sectari non me patienter ibidem,
 " Sed bene me pascent in novitate mea.
 " Omnibus injungunt operas, ne desidiosus,
 " Aut quandoque vacans, inveniatur ibi.
 " Sabbata rara colunt, male respondente coquina;
 " Est ibi virga frequens, atque dixeta gravis.

¹ aut moris, P.

² valet, B.

³ Non rendunt vel, B. Non come-
dant vel, P.

⁴ eis, B.

⁵ These two lines are given from
B.

⁶ Si quem, B.

⁷ absorbet, P.

⁸ These two lines also are given
from B.

⁹ Ordo Cisterciensis, B.

¹⁰ sine fratre, B.

¹¹ ministrat, B.

" Non comedunt¹ carnes, nisi cum permiserit abbas,
 " Praepositusve loci, de pietate sua.
 " Et quia quadrupedum prohibet sua regula carnes,
 " Nec sinit his vesci pro gravitate sui,
 " Quæ volat aut currit cupiunt carnem bipedalem,²
 " Non quia sit melior, sed quia rara magis.
 " Cum tamen illud agunt, testis vicinia fumi
 " Non erit, aut facti conscientia facta sui.
 " Carnibus absumptis, vestigia nulla videbis,³
 " Ne clamant,⁴ her her,⁵ ossa sepulta jacent.
 " Tres etiam tuniens de jure duasque cucullas
 " Omnes accipiunt, et scapulare breve.
 " Taedia de nocte femoralia nulla jacenti
 " In lecto facient; sit procul iste timor.
 " Nescia braccarum, genitalia membra deorsum
 " Nocte dieque simul libera semper erunt.
 " Ergo quid facerem, veniens si ventus ab Austro
 " Nudaret subito posteriora mea?
 " Qua facie tantum quis sustinuisse pudorem
 " Possit, et ad claustrum postea ferre pedem.⁶
 " Quod si contingat mea nuda pudenda videri,
 " Numquam de reliquo⁷ Monachus Albus ero.
 " Dispensare tamen mecum poterunt et oportet,⁸
 " Ne pila⁹ quam porto sit manifesta foro.
 " Pila pusillorum vitari scandala debent,
 " Ergo meum certe, namque pusillus ego.¹⁰
 " Membra pudenda magis, magis est texisse necesse,
 " Atque minus dignis major habendus honor.¹¹
 " Est in fratre suo sua vel texisse pudenda,
 " Vel detexisse; qui tegit, ille sapit.¹²

¹ Non comedent, P.

² semper cupiunt bipedalem, P.

³ vestigia nulla relinquunt, B.

⁴ Nec clamant, P.

⁵ hier, hier, B. heic, heic, P.

⁶ These two lines are given from
B.

⁷ de cetero, B.

⁸ Poterant ut opus, P., in which
the line is imperfect.

⁹ Ne pila, P.

¹⁰ These two lines are given from
B.

¹¹ honor, B.

¹² qui tegit illa, sapit, P.

" Tu tibi quod non vis fieri ne feceris ulli,
 " Quod cupis ut faciat quis tibi, fac et ei.
 " Frater ab effectu, non solo nomine dici
 " Frater habet, sine re nomen inane tenet.
 " Sunt etiam multi quos falso nomine fratres
 " Dicimus, et scimus hostibus esse pares.
 " Fratribus in falsis quia multa pericula Paulus
 " Passus erat, scriptis inserit ista suis.
 " Plurima falsorum sunt vera¹ pericula fratrum,
 " Et venit a falsis fratribus omne malum²
 " Quisque sibi caveat a fratre suo, nec in illo
 " Ponere presumat spemque fidemque³ sibi.
 " Rara fides fratrum, quia, cum sit quisque fidelis,
 " Se probat infidum, dum caret ipse fide.
 " Frater carnalis nec non et spiritualis
 " Fallitur, et fratrem fallit uterque suum.
 " Si tibi contingat fratrem reperire fidelem,
 " Sit tibi pars anime dimidiumque tuae.⁴
 " Nam tot sunt ficti, tot furti,⁵ totque ferales,
 " Quod jam mundus eos dinumerare nequit.⁶
 " Qui sunt in claustro tanquam Sathan in Paradiso,
 " In quo constat eum⁷ juris habere nihil.
 " Talia me terrent, dum religionis ad arem
 " Tendo, nec attendo quo vel unde ruo.
 " Forsitan et vanus timor est, vanoque moveri
 " Multotiens hominum corda timore⁸ solent.

De ordine Grandimontis.⁹

" Grandimontanam vitam cum veste professus
 " Si fuero, vereor asperiora pati.

¹ sunt magni, B.

² This line is omitted in P.

³ spemque fidemque, B.

⁴ mihi, A.

⁵ sunt falsi, tot ficti, B. ficti, tot furti, A.

⁶ eos vix numerare potest, B.

⁷ eis, B.

⁸ timere, A.

⁹ Ordo Grandimontensis, B. De ordine Grandimontenium, P.

" Hi cum nil habeant, ne se¹ patientur habere
 " Ex nihilo semper sufficienter habent.
 " Abdita claustra colunt, et nulla silentia servant,
 " Nescit signa manus, libera lingua manet.
 " Non fundos, nec agros, nec pascua lata requirunt,
 " Nec facit ad saccos annua lana decem;
 " Vellera nec triplici positu² distinguere norunt,
 " Idem saccus habet pectora, colla, latus.
 " Non macerant nudas assumpto vellere pelles,³
 " Nec faciunt pingues in nemus ire sues.⁴
 " Non mare condescendunt ratibus, quo retia⁵ laxant
 " Piscibus, aut hamis insidentur⁶ eis.
 " Qualia vel quando⁷ comedunt, si lauta diaeta
 " Vel tenuis sit eis, non mihi scire licet.
 " Si pluit e coelo semper quod habent quasi manna,
 " Quid plus praestaret area lata brevi.⁸
 " Si vivunt ut homo, nec sunt velut angelus ipsi,⁹
 " A studiis hominum cur prohibentur ita?
 " Et si sunt homines, mortales conditione,
 " Cur non humana vivere lege licet?
 " Quod fit in occulto raro sine suspicione
 " Esse potest homini, nec licet¹⁰ absque nota.
 " Si satagunt¹¹ corpus carnemque domare rebellem,
 " Commodius facerent et meliore modo.
 " Non reprehendo tamen super his, nec judico quen-
 " quam,
 " Servus enim domino statque caditque suo.
 " Litibus et causis variis fora publica vexant,
 " Et teritur longo tempore causa brevis.
 " Sumptibus insistunt, nil proprietatis habentes,
 " Fitque trilustralis causa sepulta diu.

¹ nec se, B.

² passu, P.

³ nuda fictio cum subere pelles, B.

⁴ suos, P.

⁵ contendunt retibus, nec retia, P.

⁶ insidentur, B. P.

⁷ vel quantum, B.

⁸ sibi, B. brevis, P.

⁹ sunt ut angelus ipse, P.

¹⁰ Esse potest hominum nec licet, B.

¹¹ satagunt, P.

" In duo divisi multumque diisque laborant,
 " Atque supervacuis sumptibus usi¹ vacant.
 " Nam vice conversa, laico dictante, sacerdos
 " Exhibit officii vota sacrata² sui.
 " Motus ob hanc causam mons³ est, Romamque profectus,
 " Sed nec ibi meruit sumere causa modum.
 " Plurima fuderunt,⁴ sed mons est pinguis et uber,
 " Qui de lacte suo cuneta ministrat eis.
 " Et quem nullus arat, serit, aut metit, ordine miro
 " Pullulat ad votum quicquid habere volunt.
 " Ergo quid est⁵ homo? qui vivit ut angelus intus,
 " Pulsatur totiens exteriore foro.

De ordine Carthusiae.⁶

" Quid si Carthusiam me convertendo revertar,
 " Pellibus et tunicis pluribus utar ibi?
 " Cella mihi dabitur, quam solam solus habebo,
 " Nemo mihi socius, nemo minister erit.
 " Solus enim psallam, solusque cibaria sumam,
 " Et sine luce meum solus adibo torum.
 " Semper solus ero cella retinente trimembri,
 " In qua continue⁷ pes meus alter erit.
 " Semper erunt⁸ praesto, pulmento confiendo,
 " In cella propria ligna, legumen, aqua.
 " Visere me veniet⁹ prior ordinis? atque frequenter
 " Panis erit calidi portio magna mihi.
 " His ovium, pecorum, nemoris terraeque feracis,¹⁰
 " Vivere qua possunt,¹¹ portio certa datur.
 " Interior vestis, quam lana caprina ministrat,
 " Carnem castigat asperitate sua.

¹ usque, P.

² vita sacrata, B.

³ mons est, P.

⁴ fuerunt, P.

⁵ quid est quod homo, B. quid
exist homo, P.

⁶ Carthusianum, P.

⁷ continuo, B.

⁸ Semper erit, B.

⁹ veniat, P.

¹⁰ nemorum terraeque ferarum, P.
¹¹ quo possint, P.

" Qualibet hebdomada ter pane cibantur et unda;
 " Non comedunt carnes,¹ sit nisi festa dies.
 " Et semel in mense, vel bis, de jure venire
 " Ad missam² poterunt, si vacat atque volunt.
 " Contenti propriis, nec divitibus nec egenis
 " Esse volunt oneri, cras, hodie, nec heri.
 " Non licet augere numerum pecorum vel agrorum,
 " Taxatur certo canone quicquid habent.
 " Carnis in aeternum cuneti prohibentur ab esu,
 " Preter eum si quem tabida lepra tenet.
 " Ad fora non veniunt, quo item scire resolvant,³
 " Nec populi vanum depopulant Ave.
 " Hospitis adventu gaudent, mutantque dietam,
 " Dant quod habent hilari pectore, voce, manu.

— De Nigris Canonicis.

" Est et item vita Nigrorum Canonicorum
 " Judicio populi digna decensque Deo.
 " Mollibus induiti, non semper pinguibus uti,⁴
 " Inque refectorio carnibus, absque mero.
 " Quid caro peccavit plus quam faba, pisa,⁵ legumen,
 " Ne posset⁶ comedи conditione pari?
 " Quam⁷ nos causamur non est in carne reatus,
 " Sed comedente male nec cohibente gulam.⁸
 " Causa datur vino, debetur culpa⁹ bibenti,
 " Cum caput, aut membra cetera¹⁰ mane dolent.
 " Ne pareat¹¹ psalmus vel lectio tedia longa,
 " In psallendo tenant inque legendi modum.
 " Nec nituntur ad hoc ut vocibus immoderatis
 " Ardua prævaleant rumpere tecta domus.

¹ pisces, B.

² Ad missas, B.

³ quo item lite resolvant, B.

⁴ non spernunt pinguibus nisi, B.

⁵ non semper pinguibus nisi, P.

⁶ pisa, faba, P.

⁷ Ne possit, B.

⁸ Quia nos, P.

⁹ nec cohibente gulam, P.

¹⁰ vino, debetur causa, P.

¹¹ cetera membra, B.

¹¹ pariat, B. P.

" Candida sed pura¹ subtili stamine² texta,
 " Mundis munda placet linea vestis eis.³
 " Vestis honesta quidem, quæ nec cum carne rebelli
 " Ut⁴ cute bella gerat⁵ asperitate sui.
 " Exteriora tamen claudentur themate⁶ nigro,
 " Ut color alterius aptior esse queat.
 " Lumina ne ledat, albo⁷ nigredo repugnat,
 " Inque timore nigro gaudia candor habet.
 " Sic arcus coeli gemino splendore⁸ refulget,
 " Sic pilus est pardo candidus atque niger.
 " Pallia cornicis⁹ dat penna sub albida nigrae
 " Candida, sic picas et nigra penna tegit.
 " Si vestis bicolor carnem sine corde colorat,
 " Mens erit absque nota, veste tenente notam.
 " Quid refert quales veniant in veste colores,
 " Si mens unicolor interiora regat?¹⁰

De ordine Præmonstratensi.¹¹

" Præmonstratenses rursus;¹² qui vestibus albis
 " Induti veniunt, simplicitate placent.
 " His color unus adest, niveo candore refulgens,
 " Hos semper simplex vestis ovina tegit.
 " Omnibus abjectis, dura¹³ pro mollibus uti
 " Vestibus, ad præsens hoc statuere modo.
 " Vellere partito, quod colli nuda protexit,¹⁴
 " In proprios usus constituere suos.
 " Ne caro luxuriet, vervecis vellere crispo
 " Corpora castigant asperitate¹⁵ gravi.

¹ *Candida sint para*, P.

² *stramine*, P.

³ *ei*, P.

⁴ *Vel cute*, B. *De cute*, C. *Nec
cute*, P.

⁵ *gerit*, P.

⁶ *cementate*, B. *schemate*, P.

⁷ *albedo*, B.

⁸ *candore*, P.

⁹ *cornicis*, P.

¹⁰ *tegat*, P.

¹¹ *Præmonstratensium*, P.

¹² *cursus*, A.

¹³ *i. vesti*, gloss in A. *duris*, B.

¹⁴ *nuda tegebat*, B.

¹⁵ *castitate*, P.

" Damna tamen lini, lana redimente¹ suavi,
 " Ordine cogente sustinuisse decet.
 " Ordinis austerus rigor est, quia carnibus uti
 " His in conventu tempus in omne vetat.
 " Dispensando tamen, sacer ordo salubrius² usus
 " Consiliis, super his alleviavit onus.
 " Pinguia concedens, quæ sunt affinia carni,
 " Sic tamen ut nunquam sit manifesta caro.
 " Bellum cum carne, pacem cum pinguibus esse,
 " Pacis amatores hoc statuere modo.
 " Carnis honestatem sic conservare volentes,
 " Ne contra carnem lex in honesta foret.
 " Si foret exclusa penitus caro, carnis honestas
 " Laesam se posset de ratione queri.
 " Si foret in totum sine conditione recepta,³
 " Sæpe daret causam materiamque mali.
 " Unde nec admissa penitus, nec tota repulsa,
 " Exulat, in patria menstrua facta sua.

De Canonicis secularibus.

" Sunt et canonici qui secularesque vocati⁴
 " Nomen ab officio promeruere suo.
 " His quodcumque libet, nova lex, licitumque⁵ sub isto
 " Canone constituit vivere tota cohors.
 " Hi nihil excipiunt, nec dicunt despiciendum,
 " Quicquid in obsequio corporis esse⁶ potest.
 " Illud præcipue tamen instituere, tenendum
 " Omnibus in tota posteritate sua:
 " Lex vetus ut suasit, ne quilibet absque sua sit,
 " Et quod quisque suas possit habere duas.

¹ *redimente*, B.

² *salubrius*, B.

³ These two lines are given from
B.

⁴ *canonicis seculares atque vocati*,
P.

⁵ *libet, lex est, licitumque*, B. *lu-*
temque, A.

⁶ *obsequio carnis inesse*, P.

" Hi sunt qui mundum cum flore cadente tenentes,
 " Ne cito¹ marcescat, sepe rigare student.
 " Hi sunt qui faciunt quicquid petulantia carnis
 " Imperat, ut vitiis sit via prona suis.
 " Totus in errorem mundus, praeuntibus illis,²
 " Ducitur, hi praeunt praecepitesque ruunt.
 " Hi mundum non inundus eos habet, atque deorsum
 " Hi quia compellunt, funditus ille cadet.
 " Hi fundamentum fidei subvertere prompti,
 " Moribus expugnant quæ facienda docent.
 " Hi sunt pontificum per quos vigor, ordo, potestas
 " Nutat, et ecclesiae fit status absque statu.
 " Languet et exspirat per eos reverentia cleri,
 " Deficit in nihilum religionis honos.
 " Horum consilio reges meditantur iniqua,
 " Et quæ debuerant stringere laxa tenent.
 " Pontificum latera sunt hi, regumque sinistra,³
 " Pes errans, mendax lingua, recurva manus,
 " Cor⁴ duplex, simulatus amor, sine vivere nomen,
 " Ira latens, vera motio, falsa quies.
 " Bursa carens fundo, prædae sine nomine prædo,
 " Laux mendax veri, vera statera doli.
 " Lex sine lege Dei, canon sine canone Christi,
 " Praevia causa mali, pagina plena doli.⁵
 " Hi sunt justitiam qui prostituere pudicam,
 " Falsa loqui linguas qui docuere suas.
 " Qui dum labentem mundum retinere laborant,
 " Cumque labente labent, cumque ruente ruent.⁶
 " Quorum vita labor, via lubrica stat quasi sterlus,⁷
 " Finis in incerto, præmia certa dolor.⁸

¹ Ne sic, P.² istis, B.³ sinister, B.⁴ Cur, A.⁵ These two lines are inserted from B.⁶ Cum labente labant, cumque ruente ruent, B.⁷ via lubrica gloria sterlus, B.⁸ labor, P.[De bonis Canoniciis].¹

" Quod bene dum secum quidam meditantur eorum,
 " Talibus a studiis se cohære student.
 " Qui pariter mundi fieno cum flore relicto,
 " Omnia que mundi sunt nihil esse putant.
 " In medio fornacis agunt flammæque vorantis,
 " Ignitum studium constituere suum.
 " Nec tamen uruntur, quia quos refrigerat intus
 " Spiritus, exterior flamma cremare nequit.
 " Decoquit hos mundus, et sicut in igne camini
 " Aurum flamma probat, sic Deus urit eos.
 " In mediis flammis et in ignibus esse, nec uri,
 " Non est naturæ sed deitatis opus.
 " Cum propria carne certamina longa tenere,
 " Res est difficilis et metuenda nimis.
 " Nam caro mortalis levis est, et cerea flecti,²
 " Quo natura vetus³ et vitiosa trahit.

De monialibus.

" Est et adhuc ordo velatarum mulierum,
 " Quas etiam nonnas⁴ dicimus esse sacras.
 " Qui de⁵ virginibus viduisque coactis in unum
 " Ordo, satis notus pluribus esse solet.
 " Horas canonicas solito de more frequentant,
 " Solventes pensum nocte dieque suum.
 " Vocibus altisonis adeo modulamine dulci
 " Cantant, sirenes quod cecinisse putas.⁶
 " Corpore serpentes, sirenes voce, dracones
 " Pectore, Susanna smigmate, corde Paris.⁷

¹ This rubric is not found in A.² est etiam cito flecti, B.³ natura vetit, B.⁴ minimus, P.⁵ Quæ de, B. Quidam virginibus⁶ . . . coactus, P.⁷ par his, P.⁷ pares, P., which omits the word corde.

" Sed tamen illud habent, unum quod cuncta refellit,
 " Ante Deum lacrimas quæ sine lege fluunt.
 " His Dominum placant semper, veniamque merentur,
 " His sua cuncta lavant crimina, quiequid agunt.
 " Omnibus auretenus licet his nutrire capillos,
 " Sed non ulterius, regula namque vetat.
 " Utuntur niveis agni de corpore sumptis
 " Pellibus intonsis,¹ pallia nigra gerunt.
 " Hæ caput abscondunt omnes sub tegmine nigro,
 " Sub tunicis nigris candida membra latent.
 " Cingula nulla ferunt, sed nec femoralibus uti
 " Consuetudo fuit, nescio si modo sit.
 " Nunquam rixantur, nisi cum locus exigit, aut res,
 " Sed neque percutiunt, sit nisi causa gravis.
 " Harum sunt quædam steriles et quædam² partu-
 rientes,
 " Virgineoque tamen nomine cuncta tegunt.
 " Quæ pastoralis baculi dotatur³ honore,
 " Illa quidem melius fertiliusque parit.
 " Vix etiam quævis sterilis reperitur in illis,
 " Donec eis ætas talia posse negat.

De ordine de Simplingham.⁴

" Est et adhuc aliis nuper novus ordo repertus,
 " Quem bene, nam bonus est, commemorare⁵ decet.
 " Hic apud Anglorum fines exortus, ab ipso
 " Nomen habet natus quo fuit ipse⁶ loco.
 " Simplingham⁷ dictus, de simplicitate vocatus,
 " Sim per⁸ antiphrasim ordo vocatur ita.

¹ intensis, P.

² quædam steriles, quædam, B.

³ donatur, B.

⁴ In P. the rubric is, *De ordine novo in Anglia constituto.*

⁵ commemore, P.

⁶ ille, P.

⁷ Simplingham, B. Simpligama,

P.

⁸ Sive per, P.

" Canonicos laicosque simul, duplicesque sorores,
 " Quas simul in unum continet illa domus.¹
 " Canonici missas tantum, reliquumque sorores
 " Explet, officii debita jura sui.
 " Corpora, non voces, murus designit,² in unum
 " Psallunt directo³ psalmatis absque metro.⁴

Novus ordo Burnelli factus de aliis ordinibus.⁵

" Talia dum mecum tacitus considero, vitam
 " Nescio quam possim⁶ constituisse mihi.
 " Tutius ergo puto nec non consultius esse,
 " Ut statuam leges ordinis ipse novi.
 " Sic igitur fiet de quolibet ordine sumam
 " Quod melius fuerit commodiusque mihi.⁷
 " Qui meus ordo meo nomen de nomine sumat,
 " Nomen in æternum vivat ut inde meum.
 " Ordine de Templi sumamus equos gradientes
 " Leniter, ut⁸ lenis sit meus ordo mihi.
 " Ut mihi mentiri liceat quoque locorum,
 " Fratribus ex aliis hoc retinere volo.
 " Ut feria sexta⁹ liceat mihi pinguis uti,
 " Haec Cluniacensis conferat¹⁰ ordo mihi.
 " Fratribus ex aliis satis est et sufficit illud,
 " Ut liceat braccis nocte carere meis.¹¹
 " Grandimontanos in eo quod multa loquuntur
 " Multum commendo, quodque¹² tenere volo.
 " Carthusiæ¹³ fratres in eo discerno¹⁴ sequendos,
 " Missa quod in mense sufficit una satis.

¹ These two lines are given from B.

² disjungit, P.

³ Psallunt directe, P.

⁴ absque melo, R.

⁵ Novus ordo quem Burnellus instituit, B.

⁶ possum, B. P.

⁷ These two lines are taken from B.

⁸ neque levis, P.

⁹ feria quarta, B.

¹⁰ conferat, B.

¹¹ carere mihi, P.

¹² quoque, P.

¹³ Carthusiæ, P.

¹⁴ decerno, B.

" Canonicos nigros carnes comedendo sequamur,¹
 " Ne quid ab hypocrisi contrahat ordo meus.
 " Priemonstratenses statuo de jure sequendos
 " In molli tunica multiplicique toga.
 " Ordine de reliquo placet, ut persona secunda
 " Fœdere perpetuo sit mihi juneta comes.
 " Hic fuit ordo prior, et conditus in Paradiso ;
 " Hunc Deus instituit, et benedixit ei.
 " Hunc in perpetuum decrevimus esse tenendum,
 " Cujus erat genitor cum genetrica mea.
 " Et genus omne meum semper fuit ordinis hujus,
 " Quo genus humanum deficiente cadet.
 " Ordine de sacro sacratarum mulierum
 " Accipiam, zonam semper abesse meam.²
 " Cingula lata mili non sunt bona,³ sed neque ventri
 " Conveniunt grosso cingula stricta meo.
 " Est et adhuc aliud in eis⁴ quod in ordine nostro
 " Apponi volumus, cum locus aptus erit.
 " Quid de Simplingam, quantum, vel qualia sumam,
 " Nescio, nam nova res me dubitare facit.
 " Hoe tamen ad præsens nulla ratione remittam,
 " Namque necesse⁵ nimis fratribus esse reor,
 " Quod nunquam nisi clam nullaque⁶ scientie sororum
 " Cum quoconque suo fratre manere licet.
 " Sunt etiam quædam quæ si non nunc⁷ meminisse
 " Possumus ad præsens, postea tempus erit.
 " Ergo nil restat⁸ nisi confirmatio sola
 " Pontificis summi, quam dabit ipse libens.
 " Nam qui justa petunt, nulla ratione repulsam
 " A domino papa sustinuisse solent.
 " Illuc ergo decet primo divertere, papam
 " Et fratres humili sollicitare prece."

¹ sequamur, B.² zona . . . mea, B.³ lata bona non sunt mihi, P.⁴ in his, P.⁵ necem, P.⁶ nullaque, B.⁷ si non hic, B. nunc non, P.⁸ Ergo nihil restat, B.

Quomodo Burnellus obviavit Galieno.

Talia dicenti veniens Galienus ab urbe.
 Obvius accessit, vidi, et inquit ei :
 " Numquid non es tu noster Burnellus ?" Et ille :
 " Heu mihi!¹ sum certe; care magister, ave !
 " Ille dolens ego sum Burnellus ab urbe Cremona,
 " Quem bene tu nosti, si meminisse placet.
 " Ecce senem cernis fractumque labore decenni,
 " Qui juvenis quondam fortis et acer eram.
 " Quam mala multa tuli pridem ! sed me tamen unum
 " Funditus absumpsit sollicitudo schole.
 " Rusticus atque schola duo sunt tormenta doloris,²
 " Intus et exterius quæ me nocere solent.³
 " Rusticus exterius pungit, ferit, atque flagella.⁴
 " Dat schola, sed pascit⁵ viscera, corda, latus.
 " Saxa sed et lapides mallem portare molares,
 " Quam sic assiduis invigilare scholis.
 " Quam mala fata mihi ! verum mea fata nec ultra⁶
 " Vel citra possum⁷ quam statuere mihi.
 " Fluctuat in dubiis animus meus, inque dolendis,⁸
 " Praeque dolore meo mens mea mente caret.
 " Namque tot⁹ et tanta miseri sunt scandala mundi,
 " Tot regum scelerata pontificumque mala,
 " Tot quoque sunt mortes in religione, tot extra,
 " Pessima præque sui¹⁰ sorde tacenda mihi,
 " Quod dum flens recolo, mundi mala prospicioque,
 " Quis sit, quis fuerit, quis status orbis erit,

¹ En mihi, A.² dolorum, P.³ quæ mihi ferre solent, B. quæ
macerare solent, P.⁴ flagellat, B.⁵ Sed schola depascit, B.⁶ Quam mala fata mihi venerant
fata, sed ultra, B.⁷ Vel citra nequo, B. possit, C.⁸ B. has before this line a rubric,

Prædicatio Burnelli.

⁹ Nam tot, P.¹⁰ Præ nimiaque sui, B.

" Ignis ut a facie subito nova cera liquescit,
 " Et¹ solis radio nix glaciesque fluunt,
 " Sic ego deficio, sic defluo, sieque revolvor,²
 " Toton et in lacrimas fontis ad instar eo.
 " Quarum præcipua,³ quarum præmaxima causa, est⁴
 " Curia Romana, quæ⁵ modo vadit ita;
 " Quæ regum domina, quæ regnantum diadema,
 " Quæ decus atque decor urbis et orbis erat;
 " Quæ solis radius, noctis carbunculus ardens,
 " Malleus erroris, poena parata malis,
 " Justitiæ gladius, oleum pietatis abundans,
 " Larga manus inopis, dextra referta bonis;
 " Flos novus; et nullo marcescens temporis aestu,
 " Fons sine defectu, balsama larga fluens;
 " Religionis obex,⁶ pacis concordia, morum
 " Gloria, fax fidei, regula recta boni;
 " Vexillum patriæ, sed et omnibus ordine facta⁷
 " Debuit esse caput, sicut origo fuit.
 " Sed conversa retro rediit, fideique pudoris⁸
 " Immemor, in caudam fecit abire caput.
 " Si caput a capio vel dixeris a capiendo,
 " Tunc est ipsa caput, omnia namque capit.
 " Sic declinando, capio, capis, ad capiendum
 " Retia laxavit, retia longa nimis.
 " Quod de praeterito coepi formare futurum,
 " Non valet ad præsens, nec videt unde locum.
 " Quondam larga sui proprii, nec avara, cruxoris,
 " Fundere consuevit seque suumque suis.
 " Nunc vice conversa sitiens⁹ sitit, atque cruxorem
 " Fundat ut alterius, ebit¹⁰ ipsa suum.

¹ Ex, P.² resolvor, B.³ Quare præcipua, B.⁴ est omitted in P.⁵ quod, A.⁶ apex, B.⁷ omnibus omnia facta, B. ordine
sancto, P.⁸ prioris, B.⁹ faciens, B. P.¹⁰ Fundit et alterius, et babit, P.

" Sic causam mortis, que debuit esse salutis,
 " Fecit et in populo prodiga, fudit eum.
 " Vasaque commutans ex hoc transfudit in illis,¹
 " Sub mellis specie pocula felle luet.²
 " Ipsa tamen semper in se³ sitibunda manebit,
 " Cumque bibat semper, semper avara sitit.
 " Cujus in os patulum, quamvis foret æs mare magnum,
 " Influueretque simul, non satiaret eam.
 " Væ! barathro⁴ ventris nequeunt extinguire cujus
 " Fercula nulla farnem, pocula nulla sitim.
 " Væ! cui nil satis est, et quem sua reddit egenum
 " Copia, nec totus sufficit orbis ei.
 " Sustinet aeris egens quicquid peccatur⁵ avarum,⁶
 " Quicquid delirant cætera bursa luet.⁷
 " Bursa referta reos solvit, peccata relaxat,
 " Quæ non peccantis⁸ evacuata ligat.
 " Nil tam difficile, nil tam grave, nil ita pravum,
 " Quod non emendat⁹ bursa referta bene.
 " Hæc facit ut licite fiat quocunque libebit,
 " Reddit et illicitum quod licet arte pari.
 " Cum sua non mundet, aliorum crimina mundat,
 " Cernere quæ propria vulnera sola nequit.
 " Sio dolor in capite facit omnia membra dolere,
 " Toxicat et modicum dolia magna virus.
 " Sic ovis una gregem totum maculando¹⁰ respertit,
 " Et trahit ex modico¹¹ maxima massa luem.
 " Sic sapit ex fonte, quamvis procul inde remotus,
 " Rivus, et ex igne fumus odoris habet.
 " Ex morbo capitinis artus traxere dolorem,
 " Peccatumque patris plangit origo sequens.
 " Virtutum quondam decus et decor, in¹² vitiorum
 " Est conversa caput, quæ caput orbis erat.

¹ in illud, B.² luet, B.³ in se semper, B.⁴ De barathro, P.⁵ peccetur, B. precutur, P.⁶ amarum, A.⁷ luet, B.⁸ peccutes, P.⁹ emendet, B.¹⁰ maculans, B.¹¹ ex morbo, B.¹² in omitted in A.

" Non mihi sufficeret¹ longævi Nestoris ætas,
 " Singula si memorem que memoranda forent.
 " Sed sit ut ad summam tituloque referre sub uno,
 " Quæ sit vox populi, quæ solet esse Dei,
 " A summo capitï in ea pedis usque deorsum
 " Ad plantam, sanum nil superesse reor.²

[De regibus etiam narrat.]

" Rursus³ si regum mores⁴ vitamque revolvam,
 " Quid nisi majoris causa doloris erunt?⁵
 " Quorum vita dolor, quorum dominatio dura,
 " Quorum verba velut ventus et aura levis.
 " Cumque creatus homo sit ad instar imaginis ejus,
 " Qui dedit ex nihilo cuncta creata fore,
 " Pluris habent homine⁶ reges animantia terræ,
 " Et genus humanum vilius esse putant.
 " In cruce suspendi pro sumpta carne ferarum,⁷
 " Quam plures faciunt⁸ sepe dolore gravi.⁹
 " Quid gravius Siculi possent statuisse tyranni,
 " Quam pro morte feræ quod moriatur homo?
 " Qui sic regna regunt, qui sic sine remige regnant,
 " Vix regum tantum nomina sola tenent.
 " Quamvis regna sua sibi sint¹⁰ subjecta, tributa
 " Dent populi, trepidet terra timore suo,
 " Non tamen hi regnant, quoniam regnare timeri.
 " Non est, aut dura lege ligare suos.
 " Quos non rectores sed raptores bene dici
 " Constat, et ex facto nomen habere suo.
 " Quorum nulla fides, et qui confidit in ipsis
 " Errat, et arbitrio desipit ipse meo.

¹ sufficiens, P.² This and the three lines preceding are given from B.³ rursus, B. C. and P.⁴ mores regum, P.⁵ erit, P.⁶ homines, P.⁷ pro suspicione ferarum, B.⁸ faciant, P.⁹ Nec feræ consuliter, consule, queso

feras, B.

¹⁰ sunt, P.

" Quorum fictus amor, quorum via nulla fidelis,
 " Quorum lingua dol¹ plena, crux manus.
 " Munera respiciunt, quæ dum venerantur,² abesse
 " Justitiam faciunt, judiciumque³ procul.
 " Quiequid enim faciunt, vel dicunt, vel meditantur,
 " Si bene discutias, omnia munus olen.⁴
 " Quod, nisi præcedat, comitetur, sive sequatur,⁵
 " Ut⁶ vaccam vitulus, non procul, immo prope,
 " Nil habitus, nil ordo tibi, nec opinio vite,
 " Quilibet aut titulus plusve minusve dabit.
 " Munera conturbant reges, rursusque reservant,⁷
 " Munera dant pacem, munera bella parant.
 " Munera pontifices subvertunt, munera reges,
 " Munera jus statuant destituuntque simul.
 " Munera stultorum linguas dant esse disertas,
 " Munera cum⁸ clamant cætera quæque tacent.
 " Munera pervertunt leges, decreta refellunt,
 " Evacuant patrum jura rigore⁹ suo.
 " Munera palpare¹⁰ faciunt delicta potentum,
 " Utque magis vigeant facta nefanda tegunt.
 " Munera—sed taceo, ne forte tegenda¹¹ revelem,
 " Quæ¹² in manibus sanctis esse reperta solent.
 " Munera declarant quidnam meditantur¹³ avari,
 " Quidve velit fieri mens maculosa viri.
 " Munera quid valeant sedes pastore vacantes,
 " Credere si fas est, sepe docere solent.
 " Munera dulce malum, virus sanabile¹⁴ sanis
 " Mentibus, ægrotis mortis imago recens.
 " Munera semper habent aliquid portantia secum,
 " Verborumque cives¹⁵ ore tacente gemunt.¹⁶

¹ Quorum lingua dolor, P.² venerantur, B.³ judiciumque, P.⁴ alunt, P.⁵ Quod ni præcedat, comitetur,
sive sequatur, P.⁶ Ac, P.⁷ seruant, B. reformant, P.⁸ dum, P.⁹ vigore, B.¹⁰ palpari, P.¹¹ tacenda, P.¹² Quæ omitted in P.¹³ meditantur, B. P.¹⁴ virus insanabile, B.¹⁵ Veri quod cires, P.¹⁶ gerunt, B.

" Munera judicii libram moderantur, et ipsam
 " Protinus inflectunt, quo data pensa trahunt.
 " Munera mortifero dant pocula plena veneno,
 " Excaecant oculos, præcipitantque gradus.
 " Omnia vincit amor, sed amorem munera vineunt,
 " Quod si quis dubitet,¹ ponderet haec et ea.
 " Munera virtutum suffocant germina, sanctos
 " Irritant, reprôbos mortis ad ima trahunt.²
 " Munera corrumpunt mores, pariuntque recepta
 " Damna pudicitiae dona cupita procis.³
 " Munera pontifices extollunt, munera reges,
 " Munera dant apices exhilarantque duces.
 " Munera suffodiunt turres, montesque coæquant
 " Vallibus, et pariunt absque cruce necem.
 " Munera præcedunt, quoties mala multa sequun-
 tur,
 " Munera cum veniunt proxima causa subest.
 " Munera si cessent, cessabunt jurgia, lites,
 " Mars cadet,⁴ et Veneris nullus amicus erit.
 " Munera si cessent, sine sanguine tempore pacis,
 " Quod nunquam potuit, Roma subacta ruet.
 " Munera si cessent, primatum pallia multo
 " Constabunt levius et meliore foro.
 " Munera si cessent, abbatum cornua longa
 " Ponderis et precii jure minoris⁵ erunt.
 " Munera si cessent, regis revocatus ab aula
 " Monachus, in claustrum⁶ limina sacra teret,
 " Munera si cessent, grex cum pastore quiescit,⁷
 " Junctus⁸ et amborum spiritus unus erit.
 " Munera si cessent, Deus in cellas Cluniaci
 " Forte revertetur, et remanebit ibi.
 " Munera si cessent, Judam cum Simone clerus
 " Tollet, et e medio coget abire sui.

¹ dubitet, B.² These two lines are given in B.³ precis, P.⁴ cadit, P.⁵ longe minoris, B.⁶ In claustro, P.⁷ quiescit, P.⁸ Intus, B.

" In quorum manibus crebro tractantur iniqua,
 " Dextera muneribus esse referta solet.
 " Munera si cessent, miseris mortalibus ultra
 " Clamor, nec luctus, nec dolor ullus erit.
 " Munera si cessent, pariter cum Simone Judas
 " Decidet, et loculos perdet uterque suos.
 " Munera subversum¹ faciunt de rege tyrannum,
 " Convertuntque suas in sua membra manus.
 " Plebs sine doctrina, populus sine lege, cruentis²
 " Moribus³ accelerat pronus in omne nefas.
 " Gens gravis, esuriens carnem, sitiensque cruentem,
 " Armat in armatas ad scelus omne manus.
 " Ille timor Domini, reges qui terruit olim,
 " Et populos, periit nomine reque simul.
 " Quid demum loqueris? Deus est post terga reli-
 tus,
 " Non opus est alio, sit sibi⁴ quisque Deus.
 " Regis ad exemplum populus lascivit ineptus,
 " Vervecisque pedes sors facit una pares.
 " Ecce tot et tantas patiuntur secula strages,
 " Posteriorque dies deteriora parit.⁵
 " Nec superest, redimat, neque qui salvos faciat nos,
 " Sed sperata salus funditus omnis abest.

[De pontificibus et pastoribus malis.]

" Non alios igitur super his nisi temporis hujus
 " Pontifices sacros auguror esse reos.
 " Qui si⁶ pastores legemque tenere fatentur,
 " Nec tamen hec faciunt quae facienda docent.
 " Qui potius fures quam pastores vocitari
 " Teste Deo debent, de quibus illud ait:

¹ subverso, P.² cruentus, P.³ Morsibus, B.⁴ sibi, P.⁵ parat, P.⁶ Qui se pastores, P.

" Advenient multi pseudo¹ falsique prophetæ,
 " Et satagent multos fallere fraude sua.
 " Qui, quamvis veniant² ovium sub veste, rapaces
 " Sanguinis, hos avidos noveris esse lupos.
 " A pascendo³ grege,⁴ non de pascendo⁵ merentur
 " Pastores ovium nomen habere suum.
 " Nomen, ab officio sumptum, vertere seorsum,
 " Ut non pastores sint gregis, immo lupi.
 " Tres sunt præcipue, prope qui versantur ovile,
 " Quorum quisque gregi proximus esse studet;
 " Primus enim pastor est, mercenarius alter,
 " Tertius insidians dicitur esse lupus.
 " Primus oves gratis pascit, mercede secundus,
 " Tertius ut perdat diripiatur gregem.⁶
 " Pastores igitur, quia gratis⁷ nulla ministrant,
 " Nil sibi cum primo⁸ proprietatis habent.
 " Et quoniam pascunt mercedis amore, secundi,⁹
 " Officio similes, sors facit esse pares.
 " Nil sibi cum primo, sed habent conjuncta secundo
 " Plurima, de reliquo quæstio nulla manet.
 " Ergo, lupis similes, comedunt cum sanguine carnes,
 " Matris et ex utero viscera rapta¹⁰ vorant.
 " More lupi, veniunt pastores temporis hujus,
 " Morte gregem primum perdere quisque suum.
 " Quodque vident fragile frangunt, quod debile sper-
 " nunt,
 " Quod crassum, comedunt, quod vile despiciunt.¹¹
 " Lac gregis et lanam querunt miscere,¹² subactas
 " Undique dispersas depopulantur oves.

¹ *pseudes*, P.² *veniunt*, P.³ *A pascendo*, B.⁴ *gregem*, P.⁵ *non a pascendo*, P.⁶ *decipiantque gregem*, B.⁷ *qui gratis*, B.⁸ *cum primis*, B.⁹ *secundo*, P.¹⁰ *viscera rupita*, P.¹¹ *comedunt, projiciantque macrum*,

B.

¹² *querunt misereque*, B. *noverint*
miscere, P.

" Nec satis istud eis, quod deprædantur¹ ovile,
 " Disperguntque greges,² diripiuntque sibi,
 " Sit,³ nisi quem⁴ sitiunt calidum sorbere cruem,
 " Inque gregis jugulum mittere posse manum.
 " Qualiter introeant pastores temporis hujus
 " In caulas ovium, quo duce, quaque⁵ via?
 " Ingressi quid agant? et quam studiose ministrent,
 " In grege suspecto⁶ non, mihi crede, foro?
 " Pastorum vitam si discutiamus ad unguem,
 " Plurima quæ faciunt plena ruboris erunt.
 " In speculo positi, quo⁷ circumquaque videri
 " Seque videre valent, lumina clausa tenent.
 " Sanguinis et carnis curam non despicientes,
 " Solliciti curant seque suosque simul.
 " Quem sibi præcipue deberent⁸ præposuisse,
 " Vix valet extremo delituisse loco.
 " Uritur, alget,⁹ eget, sitit, esurit, ulcere plenus,
 " Qui¹⁰ dedit, unde suam cuique levare¹¹ famem?
 " Præsulis ad mensam tot fercula, totque ferentes
 " Vestibus ornati,¹² tot sine lege scyphi;
 " Totque domus domini, tot circumquaque¹³ ministri,
 " Tot stantes pueri, totque meando vagi;
 " Tot juvenes compti, variisque modis redimitti,
 " Totque senes docti gesta priora loqui;
 " Et quasi castrorum regum, statione soluta,
 " Discurrunt acies, corpore, mente, leves.
 " Dumque¹⁴ bibit dominus, quidam sua brachia tendit,¹⁵
 " Atque genu flexo pronus adorat eum.
 " Splendida tota domus, duplice radiante metallo,
 " In quibus offertur hostia sacra Deo.

¹ *deprædantur*, P.² *gregem*, B.³ *Sic*, P.⁴ *nisi quod*, P.⁵ *quaque*, B.⁶ *suscepto*, B.⁷ *In speculo positi qua*, B.⁸ *debent*, B.⁹ *Quis*, P.¹⁰ *quit relevare*, P. *cuique relecare*,

A.

¹¹ *Tot vini cyathii*, B.¹² *tot cani quaque*, P.¹³ *Cumque*, P.¹⁴ *tendit sua brachia manus*, B.

" Sed que pontificis sunt usibus appropriata,
 " Non sunt de vili materiaque rudi.
 " Non norunt recte partiri, qui statuerunt
 " Aurea pontifici, stagnea¹ vasa Deo.
 " Praesul in argento totus discumbit et auro,
 " Vix quoque fictilibus utitur aula Dei.
 " Ecclesias laceras,² altaria nuda, cruesque
 " Extractis³ spoliis, stare videre potes.
 " Splendida⁴ pontificis sublimibus aula columnis,
 " Intus et exterius marmore fulta, nitet.
 " Tot sunt pontifici tunicae, tot pallia, cappae,⁵
 " Ipse quod ignoret, vel⁶ numerare queat.
 " Praesul e⁷ digitis gemmarum pendet et auri
 " Septem divitibus quod satis esset opum.
 " Praesul amat marcam plus quam distinguere Marcum,
 " Plus et amat⁸ lucrum quam facit ipse Lucam.
 " Sic hodie, sic eras, sibi credita, non data certe
 " Dispensant,⁹ Domino dissimulante diu.
 " Qualiter atque quibus curam credant¹⁰ animarum,
 " Quod magis est aliis omnibus esse patet.¹¹
 " Ante puer patrem primum matremque vocare
 " Quam sciat, aut possit stare, vel ire pedes,
 " Suscipit ecclesiae claves animasque regendas,
 " In cunis positus dummodo vagit adhuc.
 " Quid dicet Petrus, cum me Robekinus ad astra
 " Aut Wilekinus¹² aget duxque comesque meus.
 " Petro, non puelo, claves Deus ecclesiarum
 " Tradidit atque dedit, jussit¹³ habere vices.
 " In manibus, Domine, Robekini vel Wilekini¹⁴
 " Ne¹⁵ me tradideris, sit tibi cura mei.

¹ The medieval form of *stagnæ*.² *vacuas*, B.³ *Destructis*, B.⁴ *Regia*, B.⁵ *caper*, B.⁶ *Ipse quod ignorat, nec*, P.⁷ *in digitis*, B.⁸ *Plus amat*, A.⁹ *Dispensat*, P.¹⁰ *credunt*, P.¹¹ *ecco patet*, B.¹² *Wileminus*, B. *Uwilkinus*, P.¹³ *atque suas jussit*, B.¹⁴ *Wilemini*, B. *Uwilkini vel Ro-**bekini*, P.¹⁵ *Nos me*, P.

" Sed neque me tradam, quamvis mihi forte, quod
 " absit,
 " Praesul vim faciat, exagitetque diu.
 " Tristis ob hanc causam prius appellabo, Petrumque,
 " Ejus et heredem solus adibo pedes.
 " Cum nutrice sua Romam Robekinus adibit,
 " Quem nova sive vetus sportula tecta feret.
 " Missus et in peram veniet Wilekinus¹ in urbem,
 " Curia Romana tota videbit eum.
 " Nec vacuis manibus aderunt, nec ventre soluto,
 " Sed quasi parturiens et prope tempus agens.
 " Accident proprius, venientque videre sepulchrum,
 " Quod semper vacuum permanet atque capax.
 " Quod deest etati teneræ supplebit eorum
 " Gratia, consortes quos habuere vie.
 " Praestabunt annos pater et paedagogus eisdem,
 " Quotquot opus fuerit, si tamen esset opus.
 " Qui dedit ecclesias, numquid non contulit annos,
 " Et mores, quales talibus esse decet?
 " A simili reliquum potuit, qui contulit unum,
 " Jure pari licuit illud et illud ei.
 " Impuberis² pueros pastores ecclesiarum
 " Vidimus effectos, pontificesve sacros.
 " Sic dixit³ quidam de quodam pontificando,
 " Cum princeps regni sollicitaret eum,
 " Est puer, et nondum discernere possumus utrum
 " Femina vel mas sit, et modo presul erit!
 " Talibus est hodie cleri populique potestas,
 " Atque domus Domini cura regenda data.
 " Talibus ecclesia Christi suffulta columnis
 " Decidet, ante suam prejugulata diem.

¹ *Wileminus*, B. *Uwilketus*, P.² *Impubes*, P.³ *Sicut ait*, B.

[*De inanibus et vanis præsum actionibus.¹*]

" Si quæras,² quid agat festinus præsul³ in urbe,
 " Assumptis canibus in nemus ire parat,
 " Aut ut aves avibus capiat,⁴ vel piscibus hamum
 " Mittat, et esorem⁵ hinc trahit,⁶ inde lupum.
 " Ardea visa fuit fluviali proxima ripæ,⁷
 " Jactet ut anipitrem præsul ab urbe ruit.⁸
 " Silvarum saltus plusquam loca sancta⁹ frequentat,
 " Latratusque canum canone pluris habet.
 " Plus cane percuoso dolet anxius, aut ave læsa,
 " Quam si discedat¹⁰ clericus unus ei.
 " Sepe dies tota causis cedit sine causa,
 " Officiisque sacris sufficit hora brevis.
 " Litibus impensa brevis est quevis¹¹ mora longa,
 " Mox quod est Domini tedia magna parit.
 " Arctius insistit lepori canis ire,¹² quietus
 " Donec et officium compleat ipse¹³ suum,
 " Quam sua persolvant, cum tempus et hora requirit,
 " Pontifices nostri debita pensa Deo.
 " Qui si pro Domino paterentur, quod patiuntur
 " Propter res viles deliciasque breves,
 " Nullus eos dubitet vivos, in carne manentes,
 " Esse Dei sanctos martyribusque pares.
 " Nec tamen ista pati pudet hos, aut penitet¹⁴ horum
 " Quamvis sepe gravat¹⁵ sustinuisse jugum.
 " Nam Deus illorum, pro quo patiuntur ad horam,
 " Haec mala pro meritis præmia digna dabit.

¹ This rubric is not found in the MSS.

² *Si quæris*, B. C.

³ *agat præsul festinus*, B.

⁴ *capiat avibus*, B.

⁵ *ut esorem*, P.

⁶ *quod trahit*, B. ⁷*nunc trahat*, P.

⁷ *rupet*, C.

⁸ *ab urbe ruit*, P.

⁹ *sacra*, P.

¹⁰ *decedat*, B. P.

¹¹ *brevis, quevis*, B. P.

¹² *ira*, P.

¹³ *ille*, P.

¹⁴ *hos, quos penitus horum*, P.

¹⁵ *gravet*, B.

[*Burnellus iterum narrat Galieno de abbatibus, prioribus, et conventionalibus.¹*]

" Quodque magis miror, abbates² atque priores,
 " Conventusque sacri,³ quos suns ordo ligat,
 " Canone posthabito, quem sunt servare professi,
 " Quemque patres sancti constituere sibi,
 " Ecce retro redeunt, sorbentque quod evomuerunt,
 " Ut canis ad vomitum, susque reversa lutum.
 " Exterius faciem pretendunt religionis,
 " Interiusque gerunt pectora plena dolo.
 " Qui duce Bernardo gradiuntur, vel Benedicto,
 " Aut Augustino, sub⁴ leviore jugo,
 " Omnes sunt fures, quocunque charactere sancto
 " Signati veniant magnificentque Deum.
 " Ne credas verbis, ne⁵ credas vestibus albis,
 " Vix etenim factis⁶ est adhibenda fides.
 " Quorum vox lenis⁷ vox Jacob creditur esse,
 " Cætera sunt Esau brachia, colla, manus.
 " Rursus in Ægyptum quem⁸ deseruere reversi,
 " Dulce sibi reputant a Pharaone premi.
 " Carnis ad illecebras nullo retinente ruentis,
 " In foveam mortis carne trahente cadunt.⁹
 " Invidiæ stimulis vexantur, et ambitionis
 " Æstibus assiduis, præcipueque tribus.
 " Primus ut ascendant labor est, sequiturque parentum
 " Indiscretus amor, cura, quiete carent.¹⁰
 " Hæc omnes ardent, hac omnes febre laborant,
 " Hæc tenet imperium, postpositura Deum.
 " Hinc, ut opes habeant, summa virtute laborant,
 " Possideantque brevi tempore parta diu.

¹ This rubric is not given in the MSS.

² *quod abbates*, A.

³ *Conventusque sacer*, P.

⁴ *Augustini sub*, B.

⁵ *nec*, P.

⁶ *Vix etenim fratibus*, P.

⁷ *lenis*, P.

⁸ *quam*, P.

⁹ *rurent*, P.

¹⁰ *carent*, B. P.

[*De religiosis in generali.*]¹

" Olim paupertas, rebusque carere caducis,
 " Religiosorum gloria magna fuit.
 " Nunc nisi possideant, animarum damna suarum.
 " Res et opes magnas, pascua, prata, greges,
 " Esse putant miseri, quia mundo pauper haberit,
 " Inter eos hodie creditur esse nefas.²
 " Pauper erat Christus, quem sic imitando sequuntur,
 " Pauperis ut sine re nomen habere queant.
 " Sieque volunt dici quod nolunt esse, putantes
 " Omnia cernentem fallere posse Deum.
 " Omnibus abjectis inopis vestigia Christi
 " Verbis, non factis, se statuere sequi.
 " Spreverunt mundum, sed tali conditione
 " Ut semel abjectus,³ semper adesse queat,⁴
 " Ne quid eis desit, spreverunt omnia, felix
 " Quisquis, ut ipse metat plurima, pauca serit.⁵
 " Cum lupus ex habitu non est suspectus ovili,
 " Dentis ab effectu quo timeatur⁶ habet.
 " Simpliciter graditur vulpis⁷ vultuque modesto,
 " Et nihil in facie suspicionis habet,
 " Corde sed astuto vincens animalia multa,
 " Semper in insidiis tota dolosa manet.
 " Quo magis ascendit, coelo vicinior alto
 " Ancipiter,⁸ praedam fortius inde capit.
 " Fortius⁹ ut feriat aries retrocedit, et ictus
 " Suscipit obstipo vertice datque simul.
 " Sic faciunt hodie, quos mundus religiosos
 " Aestimat, et sanctos praedicat esse viros.
 " De quibus ad presens, quamvis mihi multa supersint,
 " Plura loqui timeo, ne reprehendar ego.

¹ This rubric is given from P.² esse scelus, B.³ abjecta, P.⁴ queant, P.⁵ seret, P.⁶ teneatur, P.⁷ vulpes, P.⁸ Accipiter, P., the printer having changed the medieval for the purer Latin form.⁹ Fortior, P.[*Burnellus de laicis, sicut didicit sub ilice ab avium garritu, locum et tempus designans.*]¹

" Sed quid de laicis dicam? Si publica quædam
 " Dixero que didici, publicus hostis ero.
 " Nuper cum profugus fugerem festinus ab urbe,
 " Bernardum fugiens, verbera seva timens,
 " Abdita quærebam loca, quæ non posset adire
 " Ille meus dominus, rusticus ille miser.
 " Qui me quærebat per devia quæque locorum,
 " Cum canibus multis multa minando mihi;
 " Jurabatque² satis quod si possem reperiri,
 " Illud iter luerem tempus in omne meum,
 " Quodque fugam dorso mihi scriberet esse legendam
 " Taliter, ut nunquam non meminisse foret.
 " Me quoque stertentem latus quandoque putabat
 " Admota proprius prendere posse manu.
 " Sed, celer exiliens, Bernardum pone sequentem
 " Ridebam dominum, conscient ipse, meum.
 " Sæpe supinatum per posteriora coegi,
 " Calce percussum,³ sternere⁴ more meo.
 " Estas⁵ erat, lassusque fui, voluique sub umbra
 " Ilicis optato membra fovere toro.
 " Carmina, que nuper me componuisse videbar,⁶
 " Scribere conabar⁷ tutus ab hoste meo.
 " Et locus et tempus, studio nimis apta, volentem
 " Scribere cogebant improbitate sua.
 " Venter erat plenus, pes lassus, pagina prompta
 " Excerpta nova carmina digna nota.
 " Cumque manus calatum ferrumque teneret acutum,
 " Exciperetque⁸ novos pellis ovina tonos,

¹ The rubric is here taken from P.; it is not in the MSS. A. B. or C. A. has *laici* in the margin.² Juravitque, P.³ Calceque percussum, P.⁴ sternere, P.⁵ Estas, B. P.⁶ jurabat, R.⁷ conabar, P.⁸ Acciperetque, P.

" Nescio quem prope me¹ sub ramos² ilicis altae³
 " Audio garritum percipioque sonum.
 " Nec mora, tanta locum voluerum vaga turba replevit,
 " Silva quod, ampla prius, tunc tamen arcta foret.
 " Intonat omne nemus, volucrum dispersa per auras
 " Vox abit in cœlum concutiendo solum.
 " Ipse mihi timui, cœpique timendo coactus
 " Dicere, 'Quod sibi vult hoc novitatis opus?'
 " Terreor aspectu; nec mirum; tum quia notus
 " Non erat illa locus, tum quia solus eram.
 " Auribus erectis, et fixo⁴ corpore toto,
 " Prostratus jacui, murmuris absque sono.
 " Pectora tundebam tacitus, veniamque precabar
 " Voto, non verbo, supplice corde meo.
 " Pene timore gravi ventrem sine ventre resolvi
 " Contigit, et dubito ne sit et an sit ita.
 " Namque graves venti tempestatesque morosæ,
 " Imbribus exiguis, conticuere simul.⁵
 " Murmure sedato tenuere silentia tandem,
 " Et quotquot fuerant conticuere simul.⁶
 " Agminis in medio, tota reticente caterva,
 " Surrexit solus corvus, adorsus ita."

Sententia corvi.⁷

" Dilecti fratres, dominique mei speciales,
 " Si placet, audite me, quia pauca loquar.
 " Non quia sim melior vobis vel sanctior unus,⁸
 " Utpote de vili cespite natus ego,

¹ me omitted in P.² sub ratis, C. P.³ super ilicis, B.⁴ erectis, fixo pede, B.⁵ exiguis, delituisse solent, B.
⁶ These two lines are from B.

⁷ Instead of this short rubric, P. gives, *Introducit Burnellus primo narrationem corvi, de qualitate consiliorum.*

⁸ vobis melior, vel stemmate major, B.

" Vel quod¹ plus sapiam, cum sit sapientia prima,
 " Teste David magno, fore² timere Deum.
 " Sed quia sum major natu senioribus istis
 " Omnibus, annorum tempore teste mihi.
 " Me Noe septennem prudens induxit in arcam,
 " Cum tegeret montes altior unda fluens.
 " Postea fluxerunt quamplurima secula nobis,
 " Pluribus ignota secula, valde bona.
 " Quorum dum recolo, mecum³ tacitusque recordor,
 " Quam bona tunc fuerint, quamque referita bonis!
 " Horum respectu quæ sint modo tristis et amens
 " Tempora festinæ mortis adesse reor.
 " Namque⁴ senescens mundi decus omne recessit,
 " Et sua quæque suum deseruere statum;
 " Sidera, terra, mare, solito privata tenore,
 " Legibus antiquis dedidicere regi;
 " Et si prieterita praesentibus annumeremus,
 " Nulla cohærebunt corpore⁵ membra suo.
 " Ordine transposito variantur saecula quæque,
 " Alter et est hodie quam fuit orbis heri.
 " Contra naturam rerum natura ministrat,
 " Deserit et cursum noxque diesque suum.
 " Hinc homines morbi perimunt, animalia pestes,
 " Hinc quoque languore premoriuntur aves.
 " In promptu causa est quoniam peccavimus omnes,
 " Nec superest qui se judicet esse reum.
 " Omnes sunt justi, nullus peccavit iniquus;⁶
 " Nil ego commisi, tu nihil, ille nihil.
 " Non ego gustavi, cuncti dixere ministri;
 " Et tamen absorptum constitit esse canem.
 " Esto quod apponat aliquis sua crimina flere,
 " Et de commissis poenituisse velit;

¹ Vel quis, P.² scire, B. vere, P.³ necnos, P.⁴ Nam senescens, A. B., corrected by P.⁵ corpori, P.⁶ iniquum, B. inique, P.

" Pectore contrito statuat sua facta fateri
 " Crimina cum lacrimis, cumque dolore gravi ;
 " Cui sua secure poterit secreta fateri
 " Omnibus ex nobis ? nescio, crede mihi.
 " Mille mihi fratres numeres, totidemque sorores,
 " Mille sed et matres sint mihi, totque patres,
 " Omnibus ex illis secreti conscius unus,
 " Unicus atque meus consiliator erit.
 " Dixero si corvo corvus mea crimina, dicet
 " Cornici, cornix per fora cuncta canet.
 " Si me prodidero gallo, gallina, quod absit,
 " Prodigium pullis me dabit esse suis.
 " Mors mihi, si taceo, mors est si dixero quicquam ;
 " Me duo dura premunt, hinc timor, inde pudor.
 " Lingua sacerdotum, quoniam secreta revelat ,
 " Cogit ut invitii confiteamur eis.
 " Nulla lues gravior quam cum secreta revelat¹
 " Factus secreti conscius ipse² tui.
 " Qui cadit in gladio semel est plangendus, at ille
 " Tempore perpetuo quem sua lingua necat.
 " Vos igitur qui vel facitis fierique videtis
 " Plurima quae non sunt enumeranda modo,
 " Quid cui dicatis, ne postea poeniteatis,
 " Quique per exemplum discite, queso, meum.
 " Qui sciat, atque velit crebro relevare cadentem,
 " Et magis afflictos exhilarare magis,
 " Qui mox quassatum calatum non conterat, immo
 " Alliget, et sanet sustineatque diu ;
 " Qui graviter lapsis ignoscens compatiatur,
 " Seque reformidet³ talia posse pati ;
 " Qui semper fragilis quam sit caro præmeditetur,
 " Et levis ad lapsum conditione gravi.⁴

¹ This and the preceding line are not in P.

² ille, B.

³ Sape reformidet, P.

⁴ gravis, B.

" Qui graviter laesus non exardescit¹ in iram,
 " Nec mox vindictam poscat ab hoste suo,
 " Sed pius ac² patiens omnem prius ipse remittat
 " Criminis offensam, quam roget alter eum ;
 " Qui sibi sufficiens, nec opum cupidus nec hono-
 " rum,³
 " Respuat oblate proprietate carens ;
 " Quem nec amor mundi vexet, nec causa parentum,
 " Vel data supplantent munera, dulce malum ;
 " Qui nec amet vel agat quod quis justo repre-
 " hendat,⁴
 " Cui sit idem secum vivere, quod sine se ;
 " Si fuerit talis tantusque repertus in orbe
 " Confessor, fateor, cuncta fatebor ei.
 " Exemplum vobis ego sum, cui garrula quandam
 " Lingua fuit damno, teste colore meo.
 " Dum tacui, dilectus eram, sed procula lingua
 " Reddidit exosum ; vse tibi, lingua loquax !
 " O quam dives eram, multisque beatus amicis,
 " Donec subripuit me mea lingua mihi.
 " Felix si statua Martis taciturnior essem,
 " Mansissetque mihi qui fuit ante color.
 " Quod semel amisi,⁵ longum damnatur in aevum ;
 " Lugeo perpetuo tempore tristis ego.
 " Gratia, fama, decor, mihi sunt sublata loquenti,
 " Surripuit totum lingua diserta minus.
 " Lingua loquax nocuit, fateor, quia, si tacuissem,
 " Cuncta remansissent insita dona prius.
 " Inter aves omnes formosior unus habebat,
 " Et magis acceptus omnibus unus eram.
 " Vox mea, clara prius, misero vix rauca remansit,
 " Criminis admissi testis et ipsa mei.

¹ exardescit, B. P.

² et patiens, B. P.

³ honoris, P.

⁴ justè reprehendit, P.

⁵ admisi, B.

" Perpetuata¹ foret mea gloria, si tacuissem,
 " Sed quia non tacui, tota repente ruit.
 " Unde, mei memores, linguam cohibete loquacem,
 " Ne jugulet dominum prodiga facta suum.
 " Pauca loquar, salva dominorum pace meorum,
 " Vera tamen, veris si licet esse locum.
 " Non est mirandum, quamvis adversa frequenter
 " Nobis contingent,² et mala plura premunt,
 " Nos sumus in causa, si causam quaerimus, ipsi
 " Cur tot in adversis deficiamus ita.
 " Nos sata destruimus, nos semina diripientes
 " Tollimus, et plenos depopulamus agros.
 " Ne faciant fructum, flores mox arbore natos
 " Unguibus et rostris dilaceramus eos.
 " Cædibus assiduis insistimus, atque rapinis,
 " Ad bona difficiles, luxuriosa cohors.
 " Æstimat excusam tuto³ se deposuisse
 " Rusticus annonam, poste tenente seram.
 " Sed gallus veniens, tota comitante sequela,
 " Quantumeunque placet tollit, et inde fugit.
 " Nec satis est, sumpsisse satis, totam nisi massam
 " Dispergit pedibus per loca cuncta domus.
 " Nisus et ancipiter, postquam fuerit bene pastus,
 " Advolat,⁴ et dominum spernit adire suum.
 " Nec pueri lacrimas, sese revocantis, et illi
 " Brachia tendentis, respuit atque fugit.⁵
 " Qua totiens pastus, totiens portatus, amicam
 " Spernit ut hostilem captus ab hoste manum.
 " Certa licet quamvis objecta pericula mortis
 " Immineant pueris, non miserentur eis.
 " Dumque⁶ sequuntur eos per devia queque locorum,
 " Sepe quidem silvis, sepe necantur aquis.

¹ *Perpetuaque*, P.² *contingunt*, P.³ *tute*, P.⁴ *Advolat*, P.⁵ *respicit, immo fugit*, B.⁶ *Cunque*, P.

" Sic bene pro meritis nostrosque beamur⁷ amicos,
 " Reddimus atque bona pro vice sepe mala.
 " Psittacus⁸ in thalamum domina redeunte puellas
 " Prodit, et illarum verba tacenda refert.
 " Quod⁹ fuerant secum tacite timideque locutæ,
 " Auribus¹⁰ et tutis, et sine teste loco.
 " Nescius ille loqui, sed¹¹ nescius immo tacere,
 " Profert, plus æquo Psittacus oris habens.
 " Hinc avidus crebro miscent aconita puelle,
 " Discat ut¹² ante mori quam didicisse¹³ loqui.
 " Sunt et aves aliae, que toto tempore vite
 " Religiosorum claustra beata colunt;
 " Quæ quot eis faciant¹⁴ discrimina sepe per annum,
 " Non ego sufficio dinumerare modo.
 " Hinc est quod populus odio nos odit iniquo,
 " Reddit et exactam pro vice sepe vicem.
 " Hinc est cotidie quod nobis insidiantur,
 " Tollit et e medio nos inimica manus.
 " Hinc laqueos nobis ponunt,¹⁵ hinc retia tendunt,
 " Hinc lapis, inde parit missa sagitta necem.
 " Hinc inviscatis pedibus retinentur¹⁶ et alis;
 " Fallimur et dulci sepe tonante tono.
 " Ista, nec immerito, patimur, luimusque coacti
 " Plurima, que gratis facta fuisse liquet."

Responsio Galli¹⁷

Talia dicenti Gallus respondit, "Amice,
" Pone modum verbis; sunt satis ista; tace.

¹ *beamur*, B. *nostros veneramus*
amicos, P.⁶ *Discat et ante*, C. *Discut*
ante, P.⁷ *didicere*, P.⁷ *faciunt*, P.⁸ *Quæ*, P.⁹ *ponunt nobis*, P.¹⁰ *retinemur*, B.¹⁰ *Narratio Galli*, P.¹¹ *Narratio Galli*, P.

" Sunt discreta minus tua verba, minusque diserta,
 " Nec capit¹ in nostro pectore sermo tuus.
 " In sermone tuo nimis es diffusus, abundans
 " Verbis, non sensu, quod solet esse senum.
 " Olim lingua tibi damnosa fuisse refertur,
 " Sed nec adhuc quicquam profuit illa tibi.
 " Plurima vidisti velut is qui tempore longo
 " Vixit, et inspexit secula multa retro.
 " Unde nec est mirum, si jam delira senectus
 " Erret,² et existat mens ratione carens,
 " In sene decrescent semper, crescentibus annis,
 " Hinc mentis ratio, corporis inde vigor.
 " In sene deliro sensus patientur eclipsim,
 " Quem constat casu non ratione regi.
 " Turbato cerebro turbantur et omnia membra,
 " Deficiuntque sibi lumina, lingua, manus.
 " Hinc est quod sceleris nos arguis, et reprehendis,
 " Tanquam sis solus justus et absque nota.
 " Justus es, et certe toto spectabilis orbe,
 " Quodque satis sine me predicit arca Noe.
 " Nonne reversurum Noe te dimisit ab arca?
 " Quae te detinuit causa cadaver erat.
 " Te gula, te venter, te vicit inepta voluptas,
 " Proderes ut dominum perfidus ipse tuum.
 " Si vitam, moresque tuos, actus³ bene penses,⁴
 " In toto mundo par tibi nullus erit.
 " A teneris annis didicisti perfidus esse,
 " Non potes illud adhuc deseruisse senex.
 " Ventris ob ingluviem vilemque cadaveris escam,
 " A puero constat te violasse fidem.
 " Nam bene pro meritis dominum male deseruisti,
 " Tempore quo fuerat deseruisse nefas.
 " Contraherent de te maculam ne cetera queque,
 " Perfidus existi, non redditurus item.

¹ sapit, P.
² Errat, P.

³ moresque tuos actus, A.
⁴ pensas, P.

" O quam dissimilis tibi sum, quantumque repugnant
 " Moribus et factis omnia nostra tuis.
 " Nactus enim dominum quemcunque, fidelis eidem
 " Tempore perpetuo servio, servo fidem.
 " Proveniunt¹ etiam per me nonnulla per annum
 " Commoda, pauperibus divitibusque simul.
 " Per me pluma datur, qua fessa labore diurno,
 " Ut vires reparent, molliter ossa cubant.²
 " Per me praeclipe medicorum cura juvatur,
 " Et datur infirmis deliciosa caro.³
 " Per me debilibus desperatisque salubris
 " Esca datur, pulli deliciosa caro.⁴
 " Pinguis et eunuchus, de nostra stirpe⁵ creatus,
 " Fortibus et sanis fortior esca datur.
 " Belli perpetui, bellii quod fine carebit,
 " Quod nullus hominum pacificare potest,
 " Inter claustrales, quod semper durat et ova
 " De lumbis nostris cepit origo prior.⁶
 " Tempore nocturno vigili vigilantior omni
 " Horarum signo⁷ tempora voce mea.
 " Ipse pigros pueros nec surgere mane volentes
 " Excito, nec patior incaluisse toro.
 " Et per quam pingues pulli procreantur et ova,⁸
 " De lumbis nostris cepit origo prior.
 " Plura sed et per me constant collata fuisse
 " Commoda, quae non sunt enumeranda⁹ modo.
 " Non tamen ingratus vel inofficiosus eisdem,
 " Quos mihi sors dominos contulit, esse volo.
 " Namque malignari si vellem, sique, quod absit,
 " Nescirem labiis ponere frena meis,

¹ Perveniant, P.

² cubant, B.

³ infirmis apta dieta suis, B.

⁴ These two lines are given in B.

⁵ nostra de stirpe, B. P.

⁶ These four lines, given from B.,
are not found in A. or P.

⁷ signo, B.

⁸ This and the following line are
omitted in B.

⁹ enumerando, A.

" Multi de medio fierent, dignasque subirent
 " Poenas pro meritis carceris atque crucis.
 " Nocte sub obscura que fiunt multa nefanda,
 " Et que nocte nigra sint nigrora satis.¹
 " Quid faciat dominus, quid dicat servus iniquus,
 " Si fora novissent omnia sicut ego,
 " Sæpe viros multos multas etiam mulieres
 " In cruce suspensos² mane videre foret.
 " Rusticus uxori tacitus quod dicit in aure,³
 " Ipse licet nolit, me latuisse nequit.
 " Dii nolunt quod me contingat⁴ laedere quemquam,
 " Vel scelus alterius prodere voce mea.
 " Absit ut assimiler corvo, qui prodidit illum
 " Qui sibi præcipue causa salutis erat.
 " Jupiter ante precor in me sua fulmina mittat,
 " Devoret et terra meque genusque meum.
 " Me prius unda maris absorbeat, inque profundum
 " Gurgitis inferni præcipitatus eam,
 " Quam commissa mihi quævis⁵ secreta revelem,
 " Exeat aut sermo pravus ab ore meo.
 " Cum quibus est vita, cujus communis, habenda,
 " Hos nisi commendet, laudet, honoret, amet,
 " Desipit, et statuae similis, quamvis sine sensu
 " Corporis humani, sensile corpus habet.
 " Hic meus est animus, hæc est sententia vera,
 " Hæc pro me solo dixero solus ego.
 " Nisus et ancipiter⁶ pro se reliquique⁷ loquantur,
 " Qui satis æstatis, vocis, et oris habent.
 " Ruricolis subjici mea me fortuna coegit,
 " Et procul a regum jussit abesse domo.
 " Hinc⁸ nisi vim passus venio, delatus in aulam,
 " Insita tum⁹ fuerit lignea cauda mihi.

¹ sint niki nota satis, P.² suspensas, B.³ quid dicit in aurem, P.⁴ contingit, P.⁵ quævis, P.⁶ accipiter, B., here and elsewhere, as well as P.⁷ reliquique, P.⁸ Hinc, P.⁹ cum, B.

" Nisus et ancipiter quoniam versantur in aula,¹
 " Intersunt² regum consiliisque ducum.
 " His loca secreta strepitque carentia vulgi,
 " Et procul a turbis, incoluisse datur.
 " Principis in thalamo positi statuuntur in alto,
 " Ut de sublimi multa videre queant.
 " Angulus extremus thalami locus, aptus agendis
 " Rebus in occultis, intitulatur eis.
 " Illic consilia crebro capiuntur iniqua,
 " Illuc temptari pessima sepe solent.
 " Gravior interdum pueris simul atque puellis
 " Angulus est aula³ nox tenebrosa die.
 " Hic solet abscondi furtum,⁴ quod, ventre soluto
 " Egrediverit, tempus vim tulit ante suum.
 " Hic quoque consuevit fieri confessio, nulli
 " Facta sacerdotum, nec facienda reor.
 " Hic aconita latent, longo quiesita labore,
 " Hieque novercarum carmina dira vigent.
 " Ut puer ancipitrem veniens de nocte profunda
 " Visitet infirmum, postulat ille locus.
 " Hic locus astmaticos sanat, curatque caducos,
 " Et facit in noctem sepe venire diem.
 " Hæc⁵ igitur loca sunt quibus est odiosa lucerna,
 " Et vitii titulo præmia laudis habent.
 " Nisus et ancipiter, loca que mala facta sequantur,⁶
 " Rem bene noverunt, que sit, et unde loquor.
 " Hi duo præcipue, si vellent dicere verum,
 " Mira quidem possent dicere, vera tamen."

¹ This and the previous line are omitted in P.² Intersun, P.³ aula, P.⁴ fructus, P.⁵ Hic, A.⁶ que mala facta frequentant, B.
que malefacta, P.

Responsio Nisi.¹

Talibus auditis, Nisis respondet,² "Iniquum
" Arbitror, officium deseruisse suum.
" Nos sumus ingenui, generoso stemmate³ nati
" Non decet os nostrum turpia verba loqui.
" Quicquid agant⁴ pueri, nobis patientia facti
" Tempore perpetuo quod sit habenda puto.
" Si ludunt pueri, cum non lædamur ab ipsis,
" Cur lædamus eos? sit procul iste furor!
" Qui sua non dubitant nobis secreta fateri,
" Ne prodamus⁵ eos, jure tenemur eis.
" Nos pueri pascunt, nos portant, nosque reportant,
" Nos quoque conservant sedulitate sua.
" Redditur exosus merito delator, amico
" Criminis est crimen imposuisse suo.
" Cum taceant oculi qui res videre stupendas,
" Cur quod non vedit⁶ garrula lingua refert?
" Absit ut os oculis hac conditione ministret,
" Alter ut ambobus causa sit unde ruat.⁷
" Os male si pravum laxes, cum sit tamen unum,
" Quid prodest oculos continuisse duos?
" Os igitur pravum taceat, quoadusque loquantur
" Aures, aut oculi, pesve, manusve sibi.
" Solvere tunc poterit indicta silentia lingua,
" Cum prius audierit cætera membra loqui.
" Si prius ediderit⁸ oculus quod vedit, et auris
" Ante quod audivit, pesque manusque mea,
" Libera tunc linguae⁹ sua vox reddetur in omnes,
" De quibus ad præsens quæstio mota fuit;

¹ This is the rubric in A. P. gives, *Hic Burnellus denique nissus introducit, loquentem etiam de fideli consiliario.*

² respondit, B.
³ schemate, P.

⁴ agunt, P.
⁵ perdamus, P.
⁶ videat, P.
⁷ ruant, B. ruant, P.
⁸ ediderint, B.
⁹ cum lingua, P.

" Hoc tamen adjecto, quod si¹ sibi forte cavere
" Nec membris valeat, muta sit usque queat.
" Nam nihil in mundo, cum sint nequissima multa,
" Hoc vitio nequam nequius esse potest."²

Voluntas et ratio Burnelli.³

" Talia dicente niso, mea lumina clausit
" Somnus, et coepi⁴ stertere more meo.
" A sonitu volucres vernaque velocius aura
" Excite subito dispergere loco.

[Idem Burnellus de instabilitate mundi.]⁵

" Talia, mi doctor, mecum dum sepe recordor,
" Arctor, et in curas distrahor ipse graves.
" Cumque nihil stabile maneat sub sole⁶ creatum,
" Quis neget instabilem quemlibet esse statum?
" En! ego qui fueram juvenis patiensque laborum,
" Et fortis,⁷ modo sum fractus et ipse senex.
" Cumque satis constet⁸ centum vixisse per annos,
" Vix mihi jam video tres habuisse dies.
" Omnia testantur solum superesse sepulchrum;
" Sique⁹ dies superest, auguror esse brevem.
" Vivere velle diu, nihil est, nisi velle, quod absit!
" Vivere peccato; vita sit ergo brevis.
" Cum sine peccato non sit nascentis ab alvo
" Una dies pueri, quid reor¹⁰ esse mihi
" Qui semper pecco, nunquamque miser resipisco,
" Non metuens hominem despiciensque Deum.

¹ quis, P.

² This is the rubric in A. P. adds, *loquitur ad Galienum.*

³ Somnus et incepi, P.

⁴ This rubric is given from P.

⁵ sub arce, P.

⁶ Esterno, B., of course for herno.

⁷ constat, P.

⁸ Sique, P.

⁹ rear, B.

" Nec tamen ignorans peccō, sed prava scienter
 " Et prudens facio, religiosus ego.¹
 " Dumque² miser meditor, loquor, ac³ operor mala,
 " semper
 " Posteriore die deteriora sequor.
 " Pravus heri, pejor hodie, cras pessimus, ultra
 " Quonam progrediar,⁴ pronus in omne malum?

[*Hic iterum Burnellus proponit se tradere religioni suæ.]⁵*

" Hinc est quod statuo me tradere religioni,
 " Cujus ero primus doctor et auctor ego.⁶
 " Hanc ego quamcūtius,⁷ Domino p̄estante, subibo,
 " Sollicitus vītæ de brevitate meæ.
 " Hac quoque de causa Romam devotus adibo,
 " Ut confirmetur hic novus ordo mihi.
 " Nec mihi difficilem super his credo fore papam;
 " Assensum facilem curia tota dabit.

[*Burnellus consultit Galieno ut secum intret eundem ordinem.]⁸*

" Et si forte velis vitam mutare, magister,
 " Consulo ne quoquam longius⁹ ire pares.
 " Nec te discipulo pudeat tua colla magister
 " Subdere, pro Domino proque salute tua.
 " Istud contingit in religione frequenter,
 " Quod major servit praeficiturque minor.

¹ flagitosus ego, B.

² Cumque, P.

³ et, P.

⁴ progredior, P.

⁵ This rubric also is given from

P. It is not in A.

⁶ Cujus ego primus doctor et auctor ero, P.

⁷ quamcūtius, P.

⁸ This rubric is given from P.

⁹ Consilio ne quo longius, P.

" Digna sub indignis vivunt, rosa sub saliuncis,¹
 " Lilia sub tribulis, ne movearis in his.
 " Opprimit ingenuum servus, stultusque disertum,
 " Injustus justum, nox tenebrosa polum.
 " Quod magis abjectum, vel quod minus utile cernunt,
 " Majori studio magnificare solent.
 " Exemplumque mēs matris meditantur² in actu,
 " Quod fuerat solita s̄epe referre mihi."

*Hic introducit exemplum de tribus deabus fatalibus
quas Parcas dicuntur, et finguntur filia ducere.³*

" Ibant tres hominum curas relevare sorores,
 " Quas nos fatales dicimus esse deas.
 " Unus erat cultus tribus his eademque voluntas,
 " Naturæ vitiis ferre salutis opem.
 " Et quod avata⁴ minus dederat, vel prodiga multum,
 " His emendandi⁵ plurima cura fuit.
 " Dum graderentur ita casu reperire puellam,
 " Colle sub umbroso, quæ Jove digna foret.⁶
 " Nam formosa nimis, generoso stemmate⁷ nata,
 " Esequabat vultus nobilitate genus.
 " Propter eam superi, superis si⁸ nota fuisset,
 " Movissent magno prælia magna Jovi.
 " Jupiter ipse polo, quam virgine se caruisse,
 " Septenni spacio mallet et exul agi.
 " Nil tribuisse magis potuit natura decoris,
 " Si Styga jurasset, vel Jove nata foret.
 " Planctibus illa tamen tantis lacrimisque vacabat,
 " Quod circumpositam s̄epe rigaret humum.
 " Nunc faciem cœdens, nunc palmis pectora tundens,
 " Non requiescebat, unguibus ora secans.

¹ rosa saliuncis, A. quod rosa, C.

² meditetur, P.

³ This rubric is introduced from P. A. has only the word *Narratio* in the margin.

⁴ aura, B. P.

⁵ emendandi, P.

⁶ fuit, P.

⁷ schemate, P.

⁸ quia, B.

" Hac igitur visa geminæ voluere sorores
 " Ferre salutis opem, si licuisset eis;
 " Instabantque duæ dominam sociamque, rogantes
 " Ut saltem sineret mitius esse malum.
 " Illa sed e contra vultu verbisque¹ renitens,
 " Obsttit et surda pertulit aure preces.
 " Sed ne sollicitas super his timidasque sorores,
 " Et quasi contemptas, redderit, inquit eis:
 " Venimus, ut nostis, nos tres invisere mundum
 " Ut ferremus opem, sed quibus opus esset.²
 " Non opus est isti, quia quam natura beavit
 " In quantum potuit et quibus ausa fuit,
 " Cui genus et speciem formæ tribuit specialem,
 " Debet id et³ nobis et satis esse sibi.
 " Forsitan auxilium si prestaremus eidem,
 " Posset de facili deteriora pati.
 " Obfuit augmentum multis, meliusque fuisset,
 " Vivere contentos simplicitate sua
 " Quareret quam⁴ supra vires proprias aliena,
 " Et vetitis pariter illicitisque frui.
 " Naturæ studio quæ non comitantur et usu,
 " Succumbunt leviter, deficiuntque cito.
 " Non patitur natura diu contraria jungi,
 " Nec sibi vim ferri; vult ratione regi.
 " Dixit, et abscedens flentem tristemque reliquit,
 " Non immutato qui fuit ante statu.
 " Cumque recedentes ferventior ureret aestus,⁵
 " Arctaretque nimis hinc calor, inde labor.
 " Vicini nemoris umbras petiere, volentes
 " Arentem gelido fonte levare sitim.
 " Jam nemus attigerant, sed et ecce puella venusta
 " Inque toro posita sola jacebat ibi.

¹ verbis vultaque, P.² esset opus, B. extat opus, P.³ et id, P.⁴ quæ, P.⁵ fieri, P.⁶ aestas, P.

" Quæ cum numinibus assurgere laeta parasset,¹
 " Non potuit multa mole retenta pedum.
 " Quod potuit fecit, sua brachia prona tetendit,
 " Obtulit et lepide verba salutis eis.
 " Edocuitque viam nemoris,² qua parte serenus
 " Fons erat, et vivas parturiebat aquas.
 " Addidit et dicens, 'Irem comesque³ libenter
 " Vobiscum, sinerent si mea fata mihi.
 " Sed pedis et femorum tam pondere tumque dolore,
 " Haereo continuo corpore fixa toro.
 " Huc ut obumbrarer⁴ alieno fulta ducatu,
 " Non proprio, vani, sumque reicta mihi.
 " Talibus auditis geminæ flevere sorores,
 " Quærentes dominam flectere flendo suam.
 " Cumque nimis fierent, multumque diuque rogarent,
 " Quatenus⁵ huic saltem redderet ipsa gradum,
 " Ut peditibus niti propriis possetque reverti
 " Sana, nec ulterius segra tenere torum,
 " Illa nihil mota, sed nec miserata sorores,
 " Ibat, et exorsa taliter inquit eis:
 " Ut decet et debet, multa pietate moveri
 " Vos video, bene nunc votaque vestra scio.⁶
 " Sant pia, sed justa non sunt,⁷ quapropter oportet⁸
 " Jure repellantur quæ ratione carent.
 " Virginis illius pro qua me sollicitasti,
 " Quæ sit conditio cernite, quisve status.
 " Pondere pressa pedum prohibetur figere gressum,
 " Haeret et assiduo pondere mersa toro.
 " In membris aliis⁹ vigent specialia dona,
 " Si bene pensetis, insita multa manent.

¹ pararet, B.² nemorum, P.³ Irem comes ipsa libenter, P.⁴ Huc et ut umbrarer, P.⁵ Quatenus, A. B.⁶ Vos bene conspicio, vota et vestra scio, B.⁷ sed non sunt justa, B.⁸ This line is imperfect in P., ending with the words quapropter opus.⁹ aliisque, P.

" Hinc sensu mentis, hinc pollet acumine vocis,
 " " Moribus et studiis hinc vacat, inde viget.
 " " Gratia tanta sibi manuum coheessa videtur,
 " " Quod vix aut nunquam possit habere parem.
 " " In tribus excellit, cum sit pulcherrima vultu,
 " " Pectore, voce, manu, sunt satis ista sibi.
 " " Sola decem possit satis exhibuisse puellis,
 " " Ex manibus solis; sola quid ergo jacet?
 " " Non opus est igitur ditari munere nostro,
 " " Cui natura potens tot preciosa dedit.
 " " Officio privata pedum si languet in uno,
 " " In tribus aut certe quatuor ipsa viget.
 " Talibus auditis, lacrimas tenuere sorores,
 " Restantemque sibi corripuere viam.
 " Senior hora deas monet¹ indulgere quieti,
 " Alternaque vice nocte levare diem.
 " Cumque forent positæ, sese jam composuere²,
 " Urbis in introitu, qua prope forte fuit.
 " Exiit in bivium ventrem purgare puella
 " Rustica, nil reverens inverecunda deas.
 " Vestibus elatis retro nimumque rejectis,
 " Poplite deflexo,³ crure resedit humi.
 " Una manus foenum, panis tenet altera frustum⁴
 " Utraque dat dominæ debita pensa sua,⁵
 " Sed neque pro populo cessavit pretereunte,
 " Nec propter posita numina sacra prope.
 " Erubuere duæ visum vultumque tegentes,
 " Vestibus objectis⁶ arripuere fugam.
 " Tertia subsistens revocansque duas fugientes,
 " " Ut quid," ait, "fugitis? sistite, queso, gradum.
 " Quænam causa mali? num⁷ somnia vana videtis,⁸
 " " Quod modo vidistis alter horizon erat?

¹ moret, B.² compositura, B.³ reflexo, P.⁴ frustum, B. frustum, A.⁵ This line is omitted in P.⁶ objectis, P.⁷ non, P⁸ timetis, B.

" Non habuit melius quam quod nobis manifestum
 " " Fecit et ostendit, simplicitate sua.
 " " Si natura potens miseræ meliora dedisset,
 " " Non ita monstrasset cornua luna nova.
 " " Hic opus, hic opus est, non parcere, sed misereri,
 " " Et festinando ferre levamen ei.
 " " Hic opus, hic opus est, ut diffundamus abunde,
 " " Et demus larga munera magna manu.
 " " Huic nihil omnino dives natura reliquit,
 " " Hic egot, hic opus est ut faciamus opem.
 " " Ista sua nunquam virtute resurgeret; isti
 " " Est pietatis opus ferre salutis opem.
 " " Si cedat ista aequal, non est qui sublevet eam.¹
 " " Nec quoquam² proprium quo relevetur habet.
 " " Pauper, inops, et egens, quam sic natura creavit,³
 " " Insita quod miseræ gratia nulla manet.
 " " Non quem fortuna, sed quem natura beavit,
 " " Munere virtutum divitis omen⁴ habet.
 " " Contra naturam nihil inseruisse valemus,
 " " Nec volumus, nisi quod de ratione licet.
 " " Intus et exterius eadem natura manebit
 " " Quis prius extiterat, sed status alter erit.
 " " Quodque nequit fieri, naturam degenerare
 " " Nolumus, injustas non decet esse deas.
 " " Res et opes adjici possunt, extraque liniri
 " " Naturæ salva proprietate sua.
 " " Nos igitur, quibus est super his collata potestas,
 " " Demus abundantí munera magna manu,
 " " Divitias, et opes, census, fundos, et honores,
 " " Prædia, montana, pascua, prata, greges.
 " " Urbis et istius dominam statuamus eandem,
 " " Ut nihil in nostro munere desit ei."

¹ illas, B. sublevat ipseus, P.
² quicquam, A.³ beavit, P.
⁴ divites omnes habet, P.

Narratio Burnelli.¹

" Hæc mea multotiens genitrix narrare solebat,
 " Cujus me certe non meminisse pudet.
 " Talibus exemplis in religione frequenter
 " Multa solent fieri, quæ ratione carent.
 " Hic modus esse solet in religione, magister,
 " Illud oportebit te quoque sæpe pati.
 " Illud² ubique viget, hæc sunt specialia multis,
 " Hic prælatorum mos malus esse solet.
 " Hæc sunt quæ faciunt inconvenientia multa,
 " Et³ ne convenient pastor ovesque gregis.
 " Hæc sunt quæ pariunt in religione ruinas,
 " Scandala, contemptum, schismata, damna, dolum.
 " Cætera cum possit multis obnoxia virtus,
 " Contemptum proprium dissimulare nequit.
 " Nil gravius lædit mentem, nil altius urit,
 " Quam cum virtutum munera spreta jacent.
 " Cætera cum soleant etiam cum tempore labi,
 " Hoc animum nunquam deseruisse solet.
 " Vulneris hoc genus est, quod per medicamina crescit,
 " Et gravius tractu temporis ulcus habet.
 " Aspidis hoc animo facit instillare venenum,
 " Cui nihil antidotum prævaluuisse potest.
 " Contemptum proprium qui ferre potest patienter,
 " Cætera de facili sustinuisse potest.
 " Omnia cum soleat victrix patientia ferre,
 " Victa sub hoc onere succubuisse solet."

*Timet Burnellus de eventu futuro malo, ex signo
quod ei accidit.⁴*

Talia dicenti subito de nare sinistra
Frigidus erupit sanguis, et ipse brevis.

¹ Instead of this, P. gives the rubric, *Iterum Burnellus horatur Galienum ut subeat ordini ejus.*

² *Istud ubique*, B.

³ *Ut*, P.

⁴ The rubric is here given from P.

Quo statim viso dixit Burnellus: " Iniquum
 " Portendunt aliquid talia signa mihi.
 " Olim, nocte prius quam caudam mane molossi
 " Surripuere mean, contigit illud idem.
 " Prospera det Dominus mihi nunc! et ab omni
 " duro!
 " Eros! inque bonum sit crux iste, precor!
 " Omni mane suo currens lepus et capra clauda
 " Obvia sint illis, qui mala nostra volunt!
 " Noctua prima precor sit avis quæ mane sereno
 " Eros, occurrens hostibus atra⁵ meis!
 " Obvia nens veniat lanam de vellere nigro,
 " Deque talo⁶ taxi foemina nuda pedes!
 " Mane senex calvus, et vespere crine soluto
 " Hostis in occursum curva feratur anus.
 " Obvius occurrat utriusque⁷ coloris eisdem
 " Obstipo monachus vertice, voce carens.
 " Pauperis aut⁸ viduae veniens de funere tristi
 " Presbyter, iratus ipse salutet eos.
 " Ad levam bufo transversus, corpore toto
 " His prior occurrat et ferat ipse pedem.
 " Quique solet dici pestisque nocentior omni;
 " Rusticus, occurrat hostibus ipse meis."

Qualiter Bernardus supervenit, dominus Burnelli.⁹

Vix ea fatus ita,¹⁰ cum rusticus ecce cruentus
Intrat,¹¹ et acclaudens ostia, dixit ita:
" O Burnelle, mihi multos quæsite per annos,
" Et nunc fortuitu¹² vixque reperte tamen!

¹ et de mane duro, P.

² arcta, P.

³ colo, B. *De quo tali*, C.

⁴ utriusque, P.

⁵ et, P.

⁶ nocentior esse, B.

⁷ P. gives the rubric as follows:

Qualiter Burnellus tandem post di-
turnum errorem a domino suo Ber-
nardo reperitur.

⁸ erat, P.

⁹ Intrax, P.

¹⁰ fortuito, P.

" En ego! Bernardus, dominus tuus! en ego, certe!
 " Sub quo præterita crimina cuncta lues.
 " Huc ades, accede! mecum gradieris ad urbem
 " Unde recessisti nocte, patrando dolum.
 " Et novus annus erat, et sabbata sacra fuerunt,
 " Tempore quo scelus hoc ausus es atque nefas.
 " Et, bene si recolo, postquam me deseruisti,¹
 " Quatuor aut quinque lustra dedere locum.
 " Jam senio fractus, jam viribus atque vigore
 " Corporis effractus,² diceris esse senex.
 " Absit ut alterius quicquam, nisi forte coactus,
 " Sive libens facias,³ absque labore tamen.
 " Usibus addictus tantummodo cotidianis,
 " Nil facies, nisi quod paucula ligna feres.
 " Sportellas æneas⁴ geminas, duplicesque farinæ
 " Saccos, meque super; nec grave pondus ego."
 Dixit, et injecto⁵ capiti de more capistro
 Duxit, et abduxit, fuste docente viam.
 Et ne forte fugam rursus meditetur iniquam,
 Subrahat et domino debita pensa suo.
 Funditus abscidit aurem Bernardus utramque,⁶
 Cautior ut fieret cauteriatus ita.

Animadversio Burnelli.

Tunc Burnellus ait Bernardo: " Nunc scio vere,
 " Vertice cum cauda convenienter mea,⁷
 " Quod mihi sit verus sanctusque propheta locutus
 " Parisius dudum, dum meditarer ibi.
 " Hic quasi præterita narravit sepe futura,
 " Multaque prædicta non memoranda⁸ modo.

¹ deseruisses, P.

² effectus, B.

³ facies, P.

⁴ Sportellasque meas, B.

⁵ immisso, P.

⁶ P. gives before this line the

rubric, *Bernardus abscidit utramque aurem Burnelli, ne amplius discurreret.*

⁷ meo, P.

⁸ memoranda, B.

" Quiquid enim factum vel dixerit¹ esse futurum,
 " Fecerunt factis verba secuta fidem.
 " Sepius ille mihi de te quoque multa locutus,
 " Plurima prædicta que memorabor adhuc.
 " Nam nihil in terram cecidit quaecunque locutus,²
 " Nec sunt privata pondere verba suo.
 " Sepe meos casus, et que ventura super me
 " Viderat, exposuit prescius ille mihi.
 " Prospera quinque mihi prædicta adesse futura,
 " Postquam præterita quinque sinistra forent.
 " Quatuor ex quinque jam præteriere sinistris,
 " Que mihi prædictit ille propheta meus.
 " Quinta mihi superest, sed et ipsa novissima, plaga,
 " Quam sum passurus, perpetiorque modo.
 " Ultimus ille dolor erit ultimus ille³ dolorum
 " Terminus, et tanti meta laboris adest.
 " Ultima plaga mihi finem requiemque laborum⁴
 " Conferet, et voto perfruar ipse meo.
 " Namque meis jam quinque malis modo sic superatis,
 " Mox totidem venient prospera fata mihi.
 " Rusticus hic nequam, velut extitit ante dolorum
 " Principium nobis, sic quoque finis erit.
 " Prima mali causa, contrarius atque rebellis
 " A puero coepit rusticus esse mihi.
 " Prima status nostri per eum mihi quæstio mota,⁵
 " Namque prius toto tempore liber eram.
 " Callidus ille prior sibi me servire coegit,
 " Fecerat et multum ferre laboris onus.⁶
 " Sed vice conversa finem vexatio nostra
 " Unde prius coepit est habitura suum.
 " Non ego, crede mihi, sed rusticus ille malignus
 " Prestitit exemplum principiumque mali.

¹ diceret, B.

² This and the preceding line, not found in A. or P., are inserted from B.

³ iste, B.

⁴ malorum, B.

⁵ mota est, B. C.

⁶ In A. the poem ends abruptly here, in consequence of the loss of the latter leaves of the manuscript.

" Unde suis meritis condigna rependere, certe
 " Non erit indignum sed pietatis opus.
 " Lex antiqua jubet pro membro reddere membrum,
 " Dentem dente, pedem restituisse pede.¹
 " Sic ego Bernardo faciam, nisi forte, quod absit,
 " Fata vocent aliis quam mea vota velint.
 " O si Bernardus quae sunt ventura videret,
 " Et quam Burnellum² gloria magna manet.
 " Non ita me premeret virga, baculoque feriret,
 " Nec ferrum faceret in latus ire meum.
 " Sed potius prostratus humi, vestigia nostra
 " Pronus adoraret porrigeretque preces."
 Talia Burnello secum meditante, Cremonam
 Intrat, et est domino subditus ipse suo.

De casu Bernardi, et de Dryano.³

Contigit interea Bernardo res memoranda,
 Quae satis in tota nota Cremona fuit.
 Fama frequens populi, ne tempora⁴ gesta senescant,
 Annorum senio consuluisse solet.
 Fama frequens populi rerum facies redivivas
 Suscitat, et veteres res facit esse novas.⁵
 Damna venustatis, moritura⁶ tempora nobis
 Fama frequens redimit, gesta priora docens.
 Tres habuit pueros pauper Bernardus alendos,
 Quarta fuit conjux, quintus asellus erat,
 Ille dominus dominique sui substantia tota
 Solus erat, quamvis parva parumque valens.
 Ad fora ligna trahens, sese dominumque domumque,
 Quinque labore suo solus alebat eos.
 Contigit ergo semel quod cum Bernardus ab urbe
 In nemus exisset ipse comesque suus,

¹ *pede restituisse pedem*, P.

² *Burnello*, P.

³ From P.

⁴ *tempore*, C.

⁵ This and the preceding couplet
are transposed in P.

⁶ *refutatis, morituraque*, P.

NIGELLI SPECULUM STULTORUM.

Audirent hominis velut existentis in antro
 Vox foret exclamans, auxiliumque petens.
 Hesit et obstupuit primo Bernardus, at¹ inde
 Imposuit fronti signa sacra crucis,
 Discernensque modum clamoris, vocis acumen
 Corporis humani comperit esse² sonum;
 Designansque locum, quo vox diffusa per auras
 Clarius auditur, ire parabat eo,³
 Siue sonus vocis, vox verbi nuncia, tandem
 Nosce dat expressa verba quid ipsa velint.
 Nobilia atque potens, vir magnus ab urbe Cremona,
 Forte Dryanus erat, dives et ipse nimis,
 Qui cum aspe canes sequeretur, amore ferarum,
 In foveam lapsum contigit esse semel.
 Os erat angustum foveae, sed lata deorsum,
 Atque profunda nimis et tenebrosa fuit.
 Corruerantque simul in eam leo, simia, serpens,
 Cum quibus et quartus ipse Dryanus erat.
 His tribus in foveam lapsis, collapsus et ipse,
 Hospes et invitus cooperat esse comes.
 Quisque sibi timuit, tacuitque, timore coactus,
 Prosternit enim cui vox aucta timore fuit.
 Quarta dies aderat ex quo, clamore lugubri,
 Quasi vana voce salutis open.
 Quia tamen excitus venit Bernardus, et illum
 Posuit ut exponat quis sit, et unde refert.
 Ille, "Dryanus," ait,⁴ "miser et miserabilis hic sum,
 " Qui nuper fueram major in urbe mea.
 " Quisquis es, accede; fer open miserumque⁵ misertus
 " Extrahe; pro certo praemia magna feres.
 " Quiquid in humanis rebus mihi competit, illud
 " Pro mercede tua dimidiabo tibi.
 " Quoque magis possis⁶ securior esse, Deorum
 " Per sacrosancta numina juro tibi."

¹ et, P.

² *comperit ipse sonum*, P.

³ *illuc*, P.

⁴ *Dryanus ego*, B.

⁵ *miserumque*, P.

⁶ *posses*, P.

Talibus auditis, spe lucri ductus ad antrum
 Rusticus accedens acceleravit opus.
 Vimine contextum funem dimittit,¹ at illum
 Simia corripiens, exit, abitque cito.
 Tunc ita Bernardus Sathanæ phantasmate lusuin
 Se reputans, dixit, "Vah! quid ineptus ago?²
 " Ecce quod³ extraxi? dum debuit esse Dryanus,
 " Dæmone fallente, simia magna fuit.
 " Est locus infastus, vox dæmonis, arsque maligna
 " Me male subvertit, meque fefellit ita.
 " Ergo revertar ego, signo crucis intitulatus,
 " Ne quocunque malum possit obesse mihi."
 Talia dicentem magno clamore Dryanus
 Advocat, adjurat, multiplicatque preces.
 Et ne delusum sese phantasmate credat,
 Commemorat sanctos et sacra verba refert.
 Postulat ut funem rursus dimittat in antrum,
 Præmia ne pereant percipienda sibi.
 Vincit amor lucri, rursum remittit⁴ ad ima
 Funem, sed frustra, spe pereunte sua.
 Funibus immissis serpens exivit ab antro,
 Horridus aspectu, delituitque cito.
 Quo viso, Bernardus ait, "Tua dona, Dryane,
 " Respuo, cuncta tua sint tibi, tuque procul!
 " Dæmonibus plenus locus hic, phantasmata terra⁵
 " De gremio profert, et nova monstra parit."
 Jamque recessisset fugiens, sine spe redeundi,
 Spes nisi lucrandi detinuissest eum.
 Spes et amor lucri cupidum vicere, Dryano,
 Quas⁶ promissa juvant multiplicare⁷ preces.
 Ordine quo supra, misero remanente Dryano,
 Funibus immissis exiit ante leo

¹ dimisit, C. P.² ineptus ego, P.³ quid, P.⁴ dimittit, P. lucrum rursumque remittit, C.⁵ terra, P. phantasmata terra, C.⁶ Quas promissa, C. Quæ, P.⁷ multiplicante, C. P.

Quam vel eos posset subito discernere visu,
 Vel colori miseros corripuisse manu.¹
 Paluit inspecta Bernardus ad ora leonis,
 Concutit et gelidus omnia membra timor.
 Nec remanere putat tutum, nec voce timorem
 Prodere, nec celerem corripuisse fugam.
 Si fugit, ecce! fame longa stimulante coactus
 Circuit esuriens ore fremente leo.
 Si manet, exsus locus est, quia dæmone plenus,
 Exactoque die nox metuenda venit.
 Viribus elapsis sensum timor ebit, artus
 Deficiunt, domino deficiente suo.
 Angst et ipsa² secum vox exclamantis in antro,
 Importuna satis, et miseranda nimis.
 Spondet opes, et agros, turrita palatia spondet;
 Quicquid spondere corde vel ore potest.
 Jamque tot addiderat precibus promissa, quod ipsa
 Vox simul et ventus deficiebat ei.
 Et pietate sua, nisi plus innata cupido
 Bernardum traheret ad pietatis opus,
 Dixissent pariter et vox et vita tu autem
 Suppriumque vale cuncta, Dryano, tibi.
 Sed quia cuncta facit vincitque pericla cupido,³
 Convertit cupidi vota viamque viri.
 Ardet anhela sitis, et, spe fallente labore,
 Amplius accensa crescit avara famæ.
 Funibus immissis tandem Bernardus ab imo
 Carceris horrendi triste levavit onus.
 Utque solent crebro vari contingere fines
 Casibus in variis, præcipueque malis,
 Cum prope jam putei foret egressurus ab ore,
 Inque pedem laetus depositurus humo,
 Rupto fune miser rursum cecidisset ad ima,
 Ne cita Bernardi dextra tulisset opem.

¹ These two lines are wanting in C. and P.² hoc, P.³ This and the three previous lines are omitted in P.

Qui subito casu rapiens,¹ retinensque ruentem
Longius abstraxit, restituitque suis.
Sic patriæ domuique suæ rebusque Dryanus
Redditus, evasit damna, pericla, necem.

Evasio Dryani et ejus perfidia describitur.²

Quo facto, Bernardus adest, poscitque Dryanum
Ut firmata fide pacta tenere velit.
Quem quia mutata³ facie considerat, olim
Facta recordatur, et sua pacta petit;
Et si non possit⁴ servare per omnia pactum,
Vel saltem pacti pars quota detur ei.
Ille sed e contra pactum negat, huncque furoris
Arguit, et canibus arcet ab æde sua;
Quoque magis cogat miserum reticere, minatur
Privandum capitis proprietate sui.⁵
Obstupefactus ad hoc⁶ verbum, Bernardus ab aula
Festinans, digito comprimit⁷ ora suo.
Comperioque satis quod sit metuenda potestas,
Atque quod interdum divitis ira furor,
Tutius esse putat linguam cohibere, Dryanum
Quam de promisso sollicitare suo.
Nam cui sunt etiam suspecta silentia, certe
Verba magis fieri suspicioса solent.
Divitis offensam non est incurrire tutum,
Cujus rara fides, et metuendus amor.

*De remuneratione facta Bernardo per simiam, leonem,
et serpentem.⁸*

Cumque die quarto⁹ silvam Bernardus adisset,
Burnello dominum more sequente suum,

¹ *capiens*, C. P.

² The rubric from P.

³ *Quem quoque mutata*, P.

⁴ *posset*, P.

⁵ *proprietate sua*, B.

⁶ *ob hoc*, P.

⁷ *supprimit*, P.

⁸ The rubric from P.

⁹ *die quarta*, P.

En leo deposita solita feritate, ferinis
Carnibus oblatis, annuit ore, pede.
Sicque vicem meritis referens gratesque rependens,
Et sic quaque potest parte juvare juvat
De grege cervorum quod pinguis¹ esse putabat
Abstulit,² et domino contulit ipse suo.
Vertice submisso, nec dum retinente³ leone,
Venit et in dorso simia ligna tulit.⁴
Lignorumque struem posita⁵ prope quam prius ipse
Fecerat ex sicco, premis monstrat ei.
Quam sibi tollendam se collegisse revelat
Nutibus et signis officiosa⁶ suis.
Neo semel aut iterum fuit hoc iterare, sed omni
Quo Bernardus adest constituere die.
Hoc duo cotidie carnes et ligna parata
In nemus adveniens accipiebat ibi.
Sed neque serpentī labor est impensus inanis,
Munere qui modico maxima dona dedit.
Nam semel accedens supplex, similisque volenti,
Si posset, grates voce referre sua.
Faucibus inclusam gemmam dimisit ab ore,
Impositique⁷ manu suscipientis eam.
Neve moram faciens facerent⁸ collata minoris
Ponderis aut precii⁹ dona timore sui.¹⁰
Protinus effugiens,¹¹ doni dantisque favorem
Anget, et obtentu fit fuga grata suo.
Cujus enim non est presentia grata videnti,
Dona parum sapient, et sua verba minus.
Talia Bernardus cernens sensumque ferarum,
Factaque dinumerans, hinc stupet, inde probat.

¹ *quem pinguis*, P.

² *Attulit*, C. P.

³ *remissa*, C. P.

⁴ *Ligniferens*, C. P.

⁵ *positam*, C. P.

⁶ *officieisque suis*, P.

⁷ *Insuperiteque*, P.

⁸ *facere*, C. *facaret*, P.

⁹ *et precii*, C. P.

¹⁰ *tenore sui*, P.

¹¹ *aufugiens*, P.

Carnes, ligna, lapis, quæ dant leo, simia, serpens,
Moribus ingenuas¹ praedicat esse feras.
Bestia pro meritis dum præmia digna rependit,
Arguit ingratis immemoresque boni.
Quod bene Bernardus, male respondentे Dryano,
Pro meritis tantis se didicisse probat.

Ditatio Bernardi per lapidem quem serpens ei dederat.²

Munere donatus³ tanto Bernardus ad urbem
Festinat, læto corde juvante pedem;
Atque sui lapidis vires cognoscere quærens,
Artifices lapidum sollicitare studet.
Sed lapis ignotus, nec in urbe repertus eadem
Antea, scire negat⁴ insita dona sibi.
Quem, tamen⁵ æris egens, tandem distraxit, et auri
Pondere pro triplici fecit abesse sibi.
Cumque domum rediens⁶ vellet numerare monetam,
Quam retinere magis quam numerare juvat.
Quem modo vendiderat lapidem, preciumque tenebat,
Impositum loculis comperit esse suis.
Quem retinere volens, timuit, quia principis illum
Emerat eunuchus, vir bene notus ei.
Unde celer veniens,⁷ simulans errore retentum,
Reddidit emptori fida timore manus.
Vix Bernardus erat intra sua tecta receptus,
Cum lapis in loculis ecce reversus adest.
Reddidit eunicho rursus velut ante relatum,
Sed redeunte domum rursus et ipse reddit.
Jamque reversus erat⁸ totiens quotiensque relatus,
Et vice conversa res variata fuit,

¹ *ingenuas*, P.

² The rubric is taken from P.

³ *dotatus*, C. P.

⁴ *negant*, P.

⁵ *tace*, P.

⁶ *veniens*, P.

⁷ *rediens*, P.

⁸ *adest*, C. P.

Quod murmur populi regis pervenit ad aures,
Et rumor lapidis se referentis ita.
Qui, novitate rei ductus, preecepit adesse
Non lapidem solum sed simul hunc et eos.
Partibus acutis, mixtus cum divite pauper
Intrat, et ingressus atria lata replet.
Sub damno capitia, sub conditionis et urbis,
Sabque fide Christi, quaque tenentur ei,
Rex jubet ut si quis factum factique tenorem
Noverit, impune dicat, et absque metu;
Quo sit causa latens, quanam ratione lapillum
Collatum totiens, nil retinere queat;
Unde sit allatus,¹ vel qua regione repertus,
Quod sit ei nomen, gloria, si qua latet.

Responsio Bernardi coram rege de acquisitione lapidis.²

Surgit ad hanc vocem, poscensque silentia solus,
Bernardus regis procidit ante pedes;
Exurgensque statim, positoque timore, resumptis
Viribus ebibitis, ora resolvit ita:
" Quia non in puteum nuper occidere profundum,
" Ex quibus unus homo tresque fuere ferre.
" Ex his omnis eis fuit interdictus, et esset
" Tempus in omne suum,³ ni mea cura foret.
" Namque loci positu⁴ puteus fuit, ordine tali
" Depositus, caeca nocte tegente diem.
" Dum nemus ingredierer, solo comitatus asello,
" Auribus insonuit vox miseranda meis,
" Quam dum persequerer,⁵ multo discrimine tandem
" Assequor, inquirens quæve vel unde foret.
" Quæ mihi respondit, quoniam foret illa⁶ Dryani,
" Qui jam factus erat quatriduanus ibi.

¹ *adatus*, P.

² The rubric from P.

³ *meus*, P.

⁴ *loci talis puteus*, C. P.

⁵ *persequerer*, P.

⁶ *fuit ipsa*, P.

" In puteum lapsi fuerant leo, simia, serpens,
 " Hospes et ipse tribus quartus adactus erat.
 " Sed tamen id tacuit, ne me terneret eorum
 " Nomine prolato, corriperemque fugam.
 " Sed de post facto res est patefacta, fuitque¹
 " Nota satis misero, teste labore meo.
 " Anxius ille nimis mortisque timore coactus,
 " Hinc spondebat opes, inde petebat open.
 " Juravitque mihi per numina summa, saunque
 " Baptisma,² Christi per caput atque pedes;
 " Per sanctum Jacobum, per Thomam Cantuariensem,
 " Quos etiam nudo vovit adire pede;
 " Quod mihi res et opes, sed et omnia dimidiaret,
 " Si meus inde labor tollere posset³ eum.
 " Spes et amor luci multum suasere, Dryano
 " Multiplicante preces, ut misererer ei.
 " Sed plus, teste Deo, vicit miseratio mentem,
 " Persuadendo simul vimque ferendo mihi.
 " Artibus ergo meis, multo comitante labore,
 " Quid factum fuerit facta loquuntur adhuc.
 " Quod leo, quod serpens, quod simia non perierunt,
 " Non ego Bernardus⁴ causa, sed ille fuit.
 " Nam, nisi propter eum, quia cætera turba latebat,
 " Qua prece, quo precio, curque gravarer ego?
 " Quatuor extraxi, fuit ille novissimus horum,
 " Cum quibus et primum nollet habere locum.
 " Ultimus exivit sed vix tardeque Dryanus,
 " Non quia tardus ego, sed gravis ille fuit.
 " Ergo gravem dixi, quem multo tum graviorem
 " Optarem stricto jure fuisse meo.
 " Rupta forent utinam mea vincula cuncta repente,
 " Et me frustrassent arsque laborque meus.

¹ P. has printed this line imperfect, and taken it for a pentameter, *Sed de post facto res manifesta fuitque*, and supposed that a hexameter

line was wanting before it, and another after.

² *Baptismum*, P.
³ possit, P.
⁴ *Non est Bernardus*, P.

" Funibus abruptis, puteus clausisset iniquum,
 " Texissetque suum nox tenebrosa caput.
 " Reddedit obsequium dignum mihi cura ferarum,
 " Et majora dedit dona labore meo.¹
 " Nam leo cotidie carnes de cœde ferarum²
 " Præstat, et adventum prævenit ipse meum.
 " Simia ligna legit, que tuto³ lecta reponit,
 " Inque loco certo præparat illa mihi.
 " Hoc⁴ quotiens quantumque volo mihi tollere tollo,
 " Tanquam pro meritis certa tributa meis.
 " Hunc etiam lapidem serpentis ab ore recepi,
 " Propter quem præsens quæstio mota fuit.
 " Cui tamen, an⁵ alia, quam quod nequeat retineri,
 " Insita sit virtus, nescio, teste Deo.
 " Hoc ita sunt, domine mi rex; aliterque locutum
 " Quam fuerit servum non reor esse tuum.
 " Ipse velim, sine⁶ me quæras, faciasque requiri,
 " Vera rei series quæ sit, et an sit ita.
 " Præmia veridicus capiam, falsumque locutus
 " Si fuero, gladio vel cruce plectar ego."

Sententia regis pro Bernardo contra Dryanum.⁶

Talibus auditis, rex jussit adesse Dryanum;
 Neo mora, jussus adest, inficiatur opus.⁷
 Sed⁸ quia de facto regi constabat, et ipsa
 Res fuit indicis certificate tribus,
 Præstat edictum, vel consentire Dryanum,
 Ut cum Bernardo dimidiaret opes,
 Vel quod per triduum putei loca nota subiret,
 Adjunctus tribus his cum quibus ante fuit.

¹ Instead of this line, P. has, *Sit fera non fera, sit præmia digna ferens.*

² *Nam leo præclarus carnes refrendo ferinas*, P.

³ *tuto*, P. *quo tuto lecta*, C.

⁴ *Hoc*, P.

⁵ *aut*, P.

⁶ The rubric from P.

⁷ *rege juliente suo*, C. P.

⁸ *Et quia*, P.

Sententia regis placet cunctis.¹

In commune placet cunctis sententia regis,
Bernardoque satis res ita gesta placet.
Maluit ergo sua se dimidiare Dryanus,
Et servare simul pacta fidemque suam,
Quam se fortunæ tali committere, totum
Quæ sibi subriperet dimidiando nihil.
Dimidians igitur Bernardo cuncta, Dryanus
Tristis et invitus dimidiata dedit.
Nec minus ingrati nomenque notamque perennem²
Incurrit facti conditione sui.³
Ex tunc Bernardus fit dives,⁴ flente Dryano,
Quod sic perdiderat tanta, dolore gravi.
Taliter ecce luunt ingrati sepe, quod ipsi
Non reddunt digna premia pro meritis.
Expedit idcirco melius quandoque dedisse,
Corde libenti, quam detinuisse manum.
Maxime⁵ pro meritis impendere præmia digna
Est pietatis opus, et jubet ista Deus.
Non hominis labor, aut opus, usque moretur apud te
Mane, quod hinc non sit clamor in aure Dei.
Et nova lex dicit quod quilibet est bene dignus
Vir mercede sua, teste labore suo.
Ergo qui non dat, dum tempus postulat, aut res,
Suscitat ipse sibi damna nociva nimis.

Hic auctor concludit hujus operis librum, hortans ad intellectum.⁶

Cedat in exemplum cunctis viventibus ista
Burnelli vita, nam docet auctor ita.

¹ The rubric is taken from P.

² *nomen notamque perenni*, P.

³ B. ends here in middle of a page, with the colophon, *Explicit*

Burnellus, in a late hand. I give the remainder from C. and P.

⁴ *letus*, P.

⁵ *Maxima*, P.

⁶ From P.

Non quod verba sonant, sed quicquid mystice signant,
Scrutetur¹ lector caute quid ipsa velint
Designare sibi, poterit tunc² forte videre
Plura pericula mali jure cavenda sibi.
Nam sunt nonnulli transcendere magna volentes,
Et nituntur ad hoc nocte dieque simul,
Qui dum magna petunt, et talia certe laborant,
Sepe repente ruunt, saepe deficiunt.
Contra naturam vel sortem³ querere quicquam,
Nemo potest illud reddere vel facere.
Barnello teste, qui, dum quæsivit inepta,
Semper permansit quod prius ipse fuit.⁴
Est igitur felix⁵ aliena pericula cautum
Quem faciunt, formant et ratione regi.
Plura loqui possem, sed nolo scribere plura,
Sufficient ista carmina tam modica.
Te precor ergo pia prece, si quid lector in illis
Inveniat vitium⁶ vel ratione carens,
Corrigat ipse pie, me commendando Marisæ
Felici Nato, quod roget omnis homo!

Explicit Speculum Stultorum.

¹ *Scrutaria*, *lector*, P.

² *nam*, P.

³ *sorte*, P. C.

⁴ *fuit ipse prius*, P.

⁵ *Est felix ipsius*, P.

⁶ *viti*, P.